eſſent in moribus·ſi ſupbi·ſi ornatis veſti/bus icederēt argueret ·bonis ꝟo pueris celorū gloriā pmittebat·interdum eos doce/bat orōnē dn̄icam·ſcꝫ Pater noſter·ꝛ q̄ꝫ bonū eſſet matri chriſti in angelica ſaluta/tione ꝛ genuflexionib9 ſeruire. Ad has pueri cōuocationes ꝛ exhortationes ſenes ipſi cū minorib9 cōcurrebant·ꝛ miro modo delectabant̄ in prudētia ꝛ reſpōſis eiuſ· Patrem ꝓpriū iurantē vel leuem in geſtib9 vel ebrioſum ſi qn̄ videbat ei compatiēdo et q̄ſi cū lachrymis arguebat dicenſ: Pater chariſſime nunq̄d pſbyter noſter in eccle/ſia dicit·ꝙ qui talia agūt regnū dei nō poſſidebūt· Matrē q̄ꝫ que cū in ſolēnitate q̄/dam optimis ſcarlatis ꝛ rubicūdis veſtib9 vteretur cū graui merore corripuit in eccle/ſia coram conſedentib9 dicēs: digitoq̄ꝫ demonſtranſ imaginē crucifixi: Intuere mat̄ intuere·ꝛ vide dn̄m noſtrū Jeſum chriſtū nudū in cruce pendentē ſanguine rubrica/tum·ꝛ tu te in cōtumeliā ipſius veſtib9 ſcarlatis adornaſti·caue mat̄ caue chariſſima ne p rubore veſtiū penas eternales incur/ras. Nec mora mater verba filij nō modi/cum abhorreſcēs veſtes taleſ depoſuit·ꝛ talibus amplius vti penit9 denegauit· Mores ꝟo ꝛ geſtus ipſius pueri pfectionē virtutum ꝛ gratiā dei in eo oſtendebant· nō dum puer etatem ſeptennē impleuerat ·et mortuus eſt · Appropinquans ergo morti confeſſus ſacerdoti ꝛ ſacramentū corporis chriſti poſtulauit·ſed ſacerdos ꝓpter pue/rilē etatē ſibi denegauit· Puer aūt cū mi/ra orōnis grā extenſis in celum manib9 dixit: Tu noſti dn̄e Jeſu ꝙ ſummū deſideri/um meum eſt te hic· petiui te·feciq̄ꝫ qd̄ de/bui·ꝛ ſpero confidenti9 ꝙ tui pn̄tia nō fruſtrabor· His dictis parētes circūſedentes et flentes·conſolatus ē eos puer ille ꝛ ad meliora puocās·int̄ verba exhortatiōis·orō/nis ꝛ laudis ſpm̄ deo reddidit impollutuꝫ ꝛ ſtatim habit9 ordinis fratrū minoꝝ tunicam cū aſſuto caputio que ſuper eū extēſa iacebat repēte diſparuit·ꝛ nūq̄ꝫ poſtmodū viſa fuit. Igit̄ poſt mortē ei9 cū ad ſepul/crū illius vbi ſepeliēdus erat ſtantes q̄dā ex fratrib9 minorib9 pſalmū·ſ· De profūdis dicere voluiſſent· nullo conatu ꝛ nulla re/iteratione hūc pſalmū dicere potuerūt·vn̄ p h̄ dabat̄ intelligi·illā ſanctā aīaꝫ nullis orōnib9 indigere. Parētes ꝟo poſt mor/tem pueri intm̄ exēplo filij pfecerūt·vt oīa oblectamēta ſeculi deſerētes·pater ordinē p̄dicatoꝝ·mater aūt ciſtercienſiū ordinem eiſdē tpib9 intrauerūt·ꝛ deo fideliť ſeruierīt

## ¶ In epiphania dn̄i Ser.xxi

# Ecce magi de

venerunt ab oriente hieroſoly/mam dicētes: Ubi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ. Matth·ij· Hodierne diei feſtiuitas magna ē. Vn̄ merito dicit̄ apparitio·vel etiaꝫ in vulgari. Der obreſt tag. Vn̄ canit̄. Dies ſctificat9 illuxit nob venite gētes ꝛ adorate deum. Et in ſignū hui9 dī in ꝟb pmiſſis: Ecce magi ab oriē/te venerūt ꝛc. Cōſuetudo ē ꝙ qn̄ aliq̄ſ rex vadit ſibi accipe regnū· tunc veniūt mili/tes curie ſue vt de ſua ſolennitate ipſi regi ꝯgaudeāt·ꝛ grās deo referāt. Veniūt etiā populares·vt eoꝝ dn̄m recognoſcāt. Ve/niunt tandē pncipes ꝛ barones·vt ei mu/nera deferāt ꝛ fidelitatē faciāt· Chriſt9 habet duo regna·ſ·celeſte·ꝛ terreſtre. Regnū celeſte pacifice obtinebat. Regnū aūt ter/reſtre diabolus vſurpauerat. Et iō chriſt9 venit in mundū vt diaboluꝫ de regno ſuo eijceret ꝛ ipſe regnū ſuū recuparet. Unde Joh·xij·dicit̄. Nūc iudiciū eſt mūdi. Ve/nerūt igit̄ pmo ipſum viſitātes milites ſue curie celeſtis· de ſua ſublimatione i regnū grās deo referētes ꝛ dicētes: Gloria in al/tiſſimis deo· Venerūt populares·ſ·paſto/res ꝛ ipſum dn̄m recognoſcentes viſitaue/runt·ꝛ ſimiliter de ſua ſublimitate gratias deo egerunt. Unde dicitur Reuerſi ſunt paſtores glorificātes deū. Hodie venerūt pncipes ꝛ barones vt fidelitatem ſibi facerent·ꝛ ideo procidentes adorauerunt euꝫ ꝛ apertis theſauris ſuis obtulerunt ei mu/nera. Unde in ſermone preſenti tria ſunt diceda. Primo de ſapia illoꝝ triū reguꝫ Secundo de eorum inquiſitiōe ꝛ oblatione. Tertio quare paupes reuerēti9 coīter ſe habēt ad deū q̄ꝫ diuites. ¶ Quantū R

ad primū notandū· ꝙ iſti tres reges com-
mendant̄ i ſapiētię magnitudine· ergo di-
cunt̄ magi·i·ſapiētes· qꝛ i ſidere chriſtum
cognouerūt· quē iudei a lege ⁊ ꝓphetꝭ edo-
cti agnoſcere ꝯtempſerunt. Nā ex h̄ ꝯfun-
dit̄ pigritia ⁊ infidelitas ⁊ malicia iudeoꝝ
Nam magi vni ꝓphetę crediderūt· iudei
ꝟo pluribꝫ credere noluerūt. Illi queſie-
rūt regem alienum· iſti vero non queſierūt
ꝓpriū. Illi venerunt ex lōginquo· iſti vero
non venerunt ex ꝓpinquo· hec Remigiꝰ.
Vn̄ ẜm Gregꝭ .i Omel̄· hodierna. Oīa
elemēta auctorē ſuū veniſſe teſtata ſūt· vt
ꝺ̓ his quodāmodo vſu humano loquar:
Celi hunc cognouerunt· qꝛ ꝓtinus ſtellaꝫ
miſerunt. Mare cognouit· qꝛ ſe calcabile
ſub plantis eius prebuit. Terra cognouit
quia eo moriēte cōtremuit. Sol cognouit
qꝛ lucis ſuę radium in morte ipſius abſcō-
dit. Saxa cognouerunt· qꝛ tēpore mortis
ſuę ſciſſa ſūt. Infernus cognouit· qꝛ quos
captiuos tenebat reddidit. Iudeoꝝ ꝟo
corda ſaxis duriora eum confiteri nolunt·
quē elemēta teſtant̄. Sciendū ꝙ nos chri-
ani exemplo illoꝝ trium regum debemus
deū i vera fide veraciter cognoſcere. Vn̄
Hieroꝰ. Abſqꝫ noticia creatoris ſui oīs
S homo pecus eſt. Pro quo ſciendū ꝙ
illi chriſtiani nō i vera fide cognoſcūt deū
qui fatum tenent· qui fundant ſe ſuꝑ con-
ſtellationes planetarū· quos beatꝰ Gregꝰ
in Omel̄· hodierna reprobat· ⁊ ꝓbat here-
ticos eſſe ⁊ puſillanimes qui dicūt fatum
ſeu cōſtellatiōes ſub q̇bꝫ naſcunt̄ homīes
regere et dirigere quēlibet ad officia per-
agenda quę eis influūt· vtpote qui ſub li-
bra campſores efficiantur· ſub aquario pi-
ſcatores· ⁊ ſic de alijs. Et ibi beatꝰ Gregꝰ
ponit reprobationis huius euidēs exēplū
ꝙ multę ſunt terrę quę campſores nō ha-
bent. Aquę quę piſcatores neſciūt· vt ge-
tulia· ⁊ tn̄ ibi ſunt ⁊ oriūtur cōſtellationes
recte ſicut alijs locꝭ. Et ſubdit beatꝰ Gregꝰ
Abſit inquit a fidelibus vt eſſe fatum ali-
quid dicāt· vitā eni hominum ſolus hanc
conditor q̇ creauit adminiſtrat· nō eni ꝓpt̄
ſtellas hō· ẜ ſtellę ꝓpter hoīes factę ſunt· ẜ
ille. Fatum in vulgari dr̄· das iſt mir be-

ſchert. Ego aūt addo· das beſcheren vnd
verdienen lauffent mit ein ander. Si q̇s
eni nō furaret̄· nō ſuſpenderetur. Et ſic ē
etiaꝫ de alijs. Econtra tales q̇ dicunt ſua
vitia aut virtutes ſe habere a conſtellati-
onibus· Chriſo ſuꝑ Matth· arguit ⁊ im-
probat hoc modo. Primo ſi aliq̇s adul-
ter vel homicida fieret per ſtellam· magna
eſſet iniquitas ſtellaꝝ· nam cum ꝑſcius fu-
turoꝝ ſit deus· ex quo tanta iniquitas per
ſtellas fit· ſi noluerit emēdare non eēt bo-
nus· ſi autem voluerit ⁊ nō poterit· nō eēt
omnipotens ſed impotens· quę ambo ma-
nifeſte ſunt cōtra fidem chriſtianam. Pri-
mo ex eo· qꝛ deus eſt ſumme bonus. Ps̄·
Confitemini domino qm̄ bonus. Unde
etiā Ariſto. xi. metha. Deus eſt optimum
⁊ ſempiternū. Item ſecūdo ex fide ⁊ ſacra
ſcriptura habemꝰ ꝙ deus ē omnipotens
Ps̄. Oia quęcūqꝫ voluit deꝰ fecit in cęlo
et i terra. Unde dicimus in ſymbolo fidei
catholicę: Credo i deū patrē omnipotētē
Secundo ſic improbat Si ſtellę ẜ faciūt
ꝙ ſumus boni aut mali· nec bonuꝫ noſtꝝ
laudandum eſt· quia in nobis non eſt vo-
luntarius actus. Vn̄ Hugo de ſan· vict·
Nemo inuitus bene agit· etiā ſi bonum ē
qꝺ agit. Vn̄ dr̄ in decre. Nullum bonuꝫ
niſi voluntariū. xx. q. iij. Preſens· ⁊. xxiij.
q. v. ad fidem. ⁊. q. vi. c. i. Vn̄ etiā Ariſto·
v. ethicoꝝ. Sine volūtate nō pōt q̇s bonū
opari. Itē nec malū noſtrum vituꝑandū
ē· qꝛ in nobis nō eſt voluntarius actus· ut
q̇d eni mali mei pęnam ſuſciperem qꝺ nō
volūtate ẜ neceſſitate cōmiſi: Vn̄ Bern̄·
cōtra hoc loquitur i quodam ſermone· di-
cens: Quid odit aut quid punit deꝰ ꝑter
ꝓpriam voluntatem. Ceſſet eni ꝓpria vo-
luntas· ⁊ infernus non erit. In quid enim
ignis ille deſęuiet niſi in ꝓpriaꝫ volūtatē:
Tertio hanc inſipientiā ⁊ errorē deſtruūt
mandata dei· quę data ſunt hominibus ne
peccēt. Iteꝫ ſimiliter ps̄· ⁊ ſacrę ſcripturę
quę exhortantur homines vt faciāt bonū·
hanc inſipiētiā ⁊ hunc errorem deſtruunt.
Quis eni ꝓhiberet aliquē ne faceret ma-
lū qꝺ non poſſet declinare: aut ꝙ faceret
bonū ad qꝺ nō poſſet ꝑuenire; mō i ꝑcepꝭ

p̄cipitur: Non mechaberis; Non furtum
facies. Nō aſſumes nomē dei inuanū. nec
iurādo nec blaſphemādo. ꝛ ſic de alijs p̄-
ceptis. mō ſi dicis ꝙ de⁹ p̄cepit tibi qḋ nō
potes implere. tūc tu mētiris ꝛ īcurris ma-
ledictionē dei. Bern̄: Maledict⁹ q̄ dicit
deū p̄cepiſſe impoſſibile. Itē chriſt⁹ dicit
Matth. xi. Iugū enī meū ſuaue ē. ꝛ onus
meū leue. Quarto improbat̄. qꝛ ꝑ hoc tol
leret̄ liberū arbitriū. qḋ tn̄ neceſſarium ē in
nobis. cū quo nos deus priuilegiauit. qꝛ
ante hominē ſunt ignis ꝛ aq̄. ꝛ ad qḋcūqꝫ
voluerit porriget manū. Sciēdū ꝙ Aug⁹
dicit ꝙ bene noſtra animalis ſenſualitas
inclinat̄ plus ad vnū vitiū in vna ꝯſtella-
tione ꝙ̄ in alia. et ſic etiam intelligitur de
virtutib⁹. vtpote nat⁹ ſub venere ad luxu-
riam. ſub marte ad bellum. ſub virgine ad
caſtitatem. Unde Ariſto. iij. ethicoꝝ. In
deſiderijs naturalibus pauci peccāt. Itē
teſte Ptolemeo. Sapiēs dominabitur
aſtris. Et Aug⁹. in regula ſua ad fratres ī
heremo dicit: Quando diabolus ſcrutat̄
nos pronos ad vitia. ꝑ tales noſtras na-
turales inclinationes. per ea vitia nos ſo-
let ſepius tēptare ad que nos ſentit mag̃
inclinatos fore. Unde Gen̄. iiij. dixit de⁹
ad Chaym iratum volentē fratrem ſuum
occidere: Subtus te erit appetitus tuus. ꝛ
tu dominaberis eius. non enī cōſtellatio-
nes regere poſſunt noſtras volūtates. er-
go peccant qui tenēt fatum. ꝛ dicunt ꝙ de
neceſſitate oportuit eos hoc malū facere.
quia deus voluit ꝛ ordinauit ſic fieri. ꝛ ſic
retorquent culpas ſuas in deum qui ē in-
nocēs. Unde Ambro. Malum eſt pecca-
re. peius in peccatis perſeuerare. peſſimum
ꝛ pernicioſum eſt. ſe defendendo in deum
A culpā ſuā refundere. Quantū ad ſcḋm
ſcꝫ quō iſti tres reges cōmendātur ex fer-
uore inquiſitionis et oblatiōis. nā ſtatim
viſa ſtella iter arripuerunt et ieſum pue-
rum diligenter inquiſierūt cum dixerunt.
Ubi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ. vidim⁹
enim ſtellam eius in oriente ꝛ venim⁹ ado-
rare eum. Unde ſciendum ꝙ ſicut habet̄
in longa legenda colonie. Iſti tres reges
fuerunt ſectatores ꝓphete balaam qui ꝓ-
phetauit vt habet̄ Numeri. xxiij. Orietur ſtel
la ex iacob. ꝛ virgo pariet ſaluatorē. De
q̄ etiā dicit Chryſo. ſup Mattheū ꝙ q̄dā
populi elegerūt duodecī ex eis ita vt vno
decedente alius in locum eius ſurrogaret̄.
Qui aſcēdentes ſuper montē excelſū illo
tpe orauerūt ad deū. vt oſtenderet eis ſtel
lam quam balaam p̄dixerat. Adueniente
aūt tpe natiuitatꝭ chriſti. ī ipſa hora noctꝭ
medie apparuit ſuper ipſos ī aere ſtella p̄-
fulgida ꝛ pulcerrima: In cuius ſūmitate
erat imago pueri puuli ſecum ferētis ima-
ginem crucis. Ex cui⁹ aſpectu valde fuerūt
gauiſi. eo ꝙ ſuis tpibus meruerūt illud vi
dere. Et vox audita eſt: Ite in iudeam et
regē quē q̄ritis natū inuenietꝭ. Tūc ſtatim
iſti tres reges Caſpar. Balthaſar. ꝛ Mel
chior cum ſuis iter arripuerunt ꝛ hieroſo-
B lymam venerunt. Queritur q̄re hiero
ſolymā venerunt. cū tn̄ ibi nat⁹ nō fuit rex
quē q̄ſierūt. Rn̄det̄ ſm Remigiū ꝙ magi
tp̄s natiuitatis chriſti ī ſtella cognouerūt
ſꝫ natiuitatꝭ locū ignouerūt. Cum autem
hieruſalē erat ciuitas regalis ꝛ ciuitas ob
lationis ꝛ ſacrificij. opinati ſunt ꝙ tā egre
gi⁹ puer q̄ erat rex iudeoꝝ. cui ꝛ ipſi mune-
ra offerre volebant. ſolū ī ciuitate regali ꝛ
oblatiōi ꝯgrua naſci deberet. Sꝫ diceres
quomodo in tredecim dieb⁹ hieroſolymā
ab oriente venire potuerūt. cū tamē hieru
ſalem ē in medio terre. Reſpōdeo ſm Re
migium. ꝙ puer qui tūc natus eſt. in tam
breui ſpacio de vltimis finibus terre ad ſe
magos ꝑducere potuit. Uñ ſm Hiero.
iſti tres reges venerunt in dromedarijs. q̄
ſunt animalia velociſſimi curſus q̄ tantū
vno die currunt. quātū equus validus in
tribus diebus poſſet currere. Sꝫ ī p̄dicta
legēda habetur. ꝙ lux ibi ꝯtinue lucebat
vbi equitabāt. nec ipſi nec iumenta eſurie-
bant nec comedebāt. ſꝫ die noctuqꝫ equi-
tabant. Et notandū ꝙ magis hieroſoly-
mam intrātibus ipſa ſtella diſparuit. qḋ
diuina diſpoſitione factū eſt. vt ſic ď loco
natiuitatis interrogare cogeret̄. ꝛ ſic certi-
ficarentur non ſolum ꝑ ſtellam. ſed etiam
per prophetie dictum. Uñ cum veniſſent
hieroſolymā ſtatim acceſſerūt ad herodē

dicentes: Ubi eſt·id ē·in qua ciuitate vel
in quo loco eſt·qui natus eſt rex iudeoruꝫ
id ē· qui debet eſſe rex iudeoꝝ. Nota chri
ſtus natus ſpecialiter dictꝰ eſt rex iudeoꝝ·
quanqꝫ ſit rex celi ⁊ terre· ⁊ dñs angelorū
⁊ hominū·triplici ratiōe. Primo ideo·qꝛ
fuit ſpecialiter iudeis promiſſus·ſm illud
Malach·vlti. Vobis timētibꝫ nomē me-
um orietur ſol iuſticie. Secūdo quia ipſe
principalit̄ miſſus ē eis·ſicut ipſe ſaluator
ꝑ ſeipſū teſtatur in euāgelio. Matth.xv.
Non ſum miſſus niſi ad oues q̄ perierunt
domus iſrael. Tertio· qꝛ cum eis nutritus
⁊ ꝯuerſatus ē·ſcꝫ in naçareth·ut habetur
Luc.iiij. Si aliquis ipſis magis dixiſſet·
vñ ſcitis regē iudeoꝝ natū·dixiſſent·nos
exiſtētes in oriente vidimus ſtellā eiꝰ. Vñ
⁊ Fulgentius. Puer natus nouam ſtellā
fabricauit. Unde beatꝰ Augꝰ·in ſermone
huius feſti. Ipſe nouam ſtellā creauit na-
tus·q̇ antiquum ſolem obſcurauit occiſus
Sciendū ꝙ ſtella que apparuit·in tribus
diſtabat ab aliis ſtellis. Primo ī ſitu· qꝛ
non ī celo ſita erat·ſed in aere ꝓpe terram.
Secūdo ī lumine· qꝛ tante claritatis fuit
ꝙ de die ⁊ nocte ſplenduit·ſic ꝙ ſol nō po-
tuit ꝓoccupare ſplendorem eius Tertio in
creatione·qꝛ alie ſtelle in principio vniuer
ſi ſunt create·iſta auteꝫ naſcēte chriſto ap-
paruit·⁊ completo curſu ſuo rediit in ma-
teriā ꝓexiſtentem. Tamē q̇dam dicūt illā
ſtellaꝫ angelum fuiſſe qui paſtoribꝫ nun-
ciauit natiuitatem chriſti. Sed ſciendū ꝙ
Chryſo·hic querit: Nūquid ſciebāt ma-
gi ꝙ ī hieruſalē regnabat herodes· nūq̇d
non intelligebāt magi legis iuſticiam ⁊ ꝓ-
ſcriptionem·vt quicunqꝫ viuēte rege aliū
regeꝫ pronunciaret aut adoraret·ꝙ quaſi
tyrannus puniretur ī ſanguine. Et reſpō-
dit Chryſo. Chriſtꝰ firmauerat quos at-
trahebat ⁊ ideo non timebant·quia dum
conſiderabant regem futurū· non timebāt
preſenteꝫ· nam ſi d' morte timuiſſent·nūqꝫ
ad herodē auſi venire fuiſſent·⁊ cū adhuc
nō viderant chriſtum parati tamen erant
mori ꝓ chriſto. Herodes aūt rex audiens
hoc turbatus eſt valde·ex eo qꝛ fuit alieni-
gena timēs ne regno ad iudeos reuoluto·

ipſe cū omni ſemine ſuo expelleret̄ a regno
Et ideo ſm Chryſo·herodes libros ī q̇bꝫ
genealogia regum iude texebat̄ cremaue-
rat· vt obliuioni tradi deberet regū ordo:
Exeuntes aūt magi hieroſolymaꝫ: Ecce
ſtella quam viderant in oriente antecede-
bat eos·vſqꝫ dum veniēs ſtaret ſupra do-
mum ⁊ locum vbi erat puer. Legitur enim
in legenda ꝓdicta· ꝙ reges poſtqꝫ exierūt
de hieruſalem· videntes ſtellam gauiſi ſūt
gaudio magno valde·et ad paſtores ve-
nerūt. Qui paſtores claritatē ſtelle vidē-
tes occurrerūt ⁊ interrogauerūt quidnam
hoc eſſet. Audiētes ꝙ puerꝫ natū quererēt
dixerunt eis paſtores qualiter angelꝰ ap-
paruit eis in nocte natiuitatis chriſti cum
magna claritate·dicēs: Annuncio vobis
gaudiuꝫ magnū quod erit omni populo·
quia natus eſt hodie ſaluator·q̇ dī chriſtꝰ
in ciuitate dauid· ⁊ quō ī ciuitatē ingreſſi
inuenerūt puerum iacentem in preſepio et
pannis inuolutum·his auditis tres reges
gauiſi ſunt valde. Et ecce ſtella antecede-
bat eos vſqꝫ dum veniēs ſtaret ſupra do-
mum vbi erat puer. Et intrantes domum
id eſt diuerſoriū vbi puer natus erat. In-
uenerunt puerꝫ aſpectu pulcꝝ· pannis vi-
libus īuolutū. Si ergo magi regē terrenū
querere veniſſent·magis fuiſſent cōfuſi qꝫ
gauiſi·qꝛ tanti itineris laborem ſine cauſa
ſuſcepiſſent. Nūc auteꝫ celeſtem regē que-
rebant·⁊ ſi nihil regale videbāt ī eo·ſoliꝰ
tñ ſtelle teſtificatione contenti·gaudebāt
oculis eorum contemptibileꝫ puerum·ſcꝫ
in bonis tēporalibus ꝯſpicere· qꝛ ſpiritus
ſanctus in cordibus eorum terribilē eum
mōſtrabat· quē puerꝫ īuenerunt cū maria
matre eius. Vñ Chryſo: Nō diademate
coronatum aut in lecto aureo recūbenteꝫ·
ſꝫ vix vnā tunicā habentē nō ad ornamē-
tum corpis· ſed ad tegumentū nuditatis·
q̄lē habere poterat vxor carpentarii ꝑegre
conſtituta. Diſpoſitione auteꝫ diuina fa-
ctum eſt·ut dicit Rabanꝰ·ꝙ tunc ioſeph
aberat·ne aliqua male ſupſtitionis eo ꝓ-
ſente gentibꝫ daret̄ occaſio. Iteꝫ īuenerūt
puerum cum maria matre eius·quia dum
virgo beata videret magnum añ diuſoriū

comitatum· recepit puerū ſuum de ꝑſepio
in gremium ſuum · et in virginea brachia
ſua· vt ſic ipſa ſe pueri matrem oſtenderet
eſſe. Unde Chryſo: Magi viſo puero lu
mine vere fidei illuminati· crediderunt eū
mūdi eſſe ſaluatorē · ac eūdē quē tāta ſol/
licitudine ꝗſierūt· ꝛ quē ſtella annūciaue/
rat. Nec ab hac fide matris pauptas· nec
pueri imbecillitas retraxerat. Ideo dicit
euāgeliū: ꝓcidētes. ſ. ſup terrā· ꝛ ſup facies
ſuas adorauerūt eum adoratiōe latrie vt
verū deū. Ubi dicit glo. Hominē vide/
runt· ꝛ deū eſſe crediderūt· ꝛ cognouerunt·
ꝛ ideo adorauerūt· ſic vt ꝗlibet eoꝝ depo/
ſita corona ſua flexis genubus et capite in
terra demiſſo· cum magna cordis deuoti/
one· ꝛ oris ꝓlata oratione· ipſū vnanimi/
ter laudauerūt· ꝛ mundi ſaluatorē eū eſſe
dixerunt· ꝛ de bñficio ꝙ ſtella eos ad ipſū
perduxerat gratias egerunt · hec glo. Ac
demum aptis theſauris ſuis obtulerūt ei
munera aurum· thus· ꝛ mirrhā. Remigi⁹.
Unuſquiſqꝫ tñ h̄ tria munera obtulit vt
vnuſquiſqꝫ eū cuꝫ ſuis muneribus verum
deū ꝛ hominē mortalem ꝑdicaret· Unde
Bern. Et magi obtulerūt auruꝫ· hoc fuit
ad pauperis pueri cum matre ſuſtentati/
onem. Thus ꝑpᵗ ſtabuli fetorē. Mirrhā
ꝓpter mēbroꝝ debiliū pueri ꝯfortationē.
Legitur enī in legenda ꝑdicta ꝙ poſt ob/
lationē puero factā iſti tres reges ceperunt
eſurire· ꝛ etiam familia ꝛ iumenta eoꝝ · tūc
comederunt ꝛ dormierūt. Et tunc reſpōſo
accepto in ſomnis ne redirent ad herodē
ꝑ aliā viam reuerſi ſunt in regionē ſuam.
Poſtqꝫ autē reuerſi fuerunt in regionem
ſuā et ꝓpria attigerunt· manſerunt in fide
magis deū qꝫ ante colentes· ꝛ qͦd viderūt
alijs predicauerūt· ꝛ multos erudierunt· ꝛ
ad fidem quantū in eis fuit diſpoſuerunt.
Deinde cuꝫ beat⁹ Thomas apl's veniſſet
ad illam ꝓuinciā ab eo baptiçati ſūt· ꝛ cū
eo facti ſunt adiutores ꝛ ꝑdicatores chri/
ſti. Item habetur in legenda ꝙ poſt receſ/
ſum regum· tumultus populi factus ē ad
mariaꝫ ꝛ puerum eius ꝓpter miraculū. Et
maria timēs occiſionem pueri· latenter ad
domū cuiuſdam paupis confugit · qui eā
cum puero occulte in cellario recepit· vbi
maria ſuper lapidem ſedit· ꝛ puerū lacta/
uit· ꝛ cecidit lac ſuper lapidem· quod vſqꝫ
hodie inqꝫtum plus tegitᷣ intantū clarius
et candidius efficitur · et vſqꝫ hodie q̄nqꝫ
oſtēditur ꝑ reliquijs. Maria etiā camiſiā
ꝛ pannos aliquos ſimul inuoluit quorum
ꝛ oblita eſt ī diuerſorio· ꝛ tamdiu ibi per/
māſerūt vſqꝫ ad tēpus Helene ſine vene/
ratione· qꝛ locus vbi chriſtus nat⁹ eſt ab/
ominabilis a iudeis habitus eſt · vt nullū
hominē neqꝫ bruta animalia intrare per/
mitterēt· ſed obſtruxerūt locum cū lapidi/
bus. Sed Helena poſtmodū illuc veniēs
locum aperuit· ꝛ illa inuenit. Similiter et
fenum ī ꝑſepe· in quo chriſtus iacuit· ſecuꝫ
detulit· quod fenum adhuc ī roma haberᷣ
Et hoc qꝫtum ad ſecundaꝫ ꝑtem iſti⁹ ſer/ X
monis. ¶ Quantū ad tertiū ſciendū ꝙ
iſti tres reges docēt nos humiliari coram
chriſto · nam ipſi ꝓcidentes in facies ſuas
adorauerūt eum humiliter ꝛ deuote. Uñ
Henri· de haſ· ſuper Geñ· querit: Quare
paupes ꝛ parui ſtatus homīes reuerētius
ſe habere ſolēt ad deū· vt pote orare flexis
genub ꝓſtratis corꝑib⁹ · eleuatis manib
ꝑcuſſis pectoribus. Alij autē magni ꝛ di/
uites non ſic· ſed ſtantes orāt ꝛ erectis cer/
uicibus. Ad hoc reſpondet Henricus de
haſſia· dicēs: ꝙ ꝑpᵗ quinqꝫ cauſas. Pri/
ma cauſa eſt ſuperbia· quia proſperitas ꝛ
felicitas tꝑalium ceruicem erigit · ſupbire
faciēs ꝛ humiliari erubeſcens. Aug⁹. Dif/
ficile eſt ꝙ non ſit ſuperbus qui diues eſt.
tolle ſuperbiā· ꝛ diuitie non nocebūt. Sꝫ
paupes vt in plurimū ſunt hūiles. Greg⁹
Pauptas mētib⁹ bonis eſſe ſolet cuſtos
humilitatis. Secūda cauſa ne genub ter/
ram tangētes veſtimenta ꝑcioſa maculēt
quib induunᷣ· ꝛ ſic ꝑponunt dilectionem
veſtium ne maculentur· honori quē exhi/
bere deberēt creatori ſuo· q̇ nō pepcit filio
ſuo vnigenito· ſed pro nobis oib tradidit
illū. Tertia cauſa eſt ne nimis fatigēt cor/
pora delicata que gerunt · nam delicate
nutrierunt ſeruum ſuum· id eſt· corpus ab
infantia · et non ſunt aſſueti exercere ſe in
aliquib labori duris· ꝛ ideo poſtmoduꝫ

inueniēt corpus ſuū contumax et rebellās
exercitijs aſperis. Sed pauperes aſſueti
ſunt dura ⁊ laborioſa ſuſtinere. ideo min⁹
curant ſe humiliare deo. et flectere genua.
quīnꝗ etiā p totā miſſā. qḋ aliqui diuites
abhorrēt facere. vſqꝫ dū eleuat᷑ corp⁹ chri-
ſti ī miſſa. Quarta cauſa ē. q: genuflectere
non pnt impediti roſtris calceoꝝ longiſſi-
mis. Item q̇daꝫ nō audent ſe curuare nec
pſternere ī terrā. ꝟ nec quīnꝗ paululum in-
clinare. q: timent ne appareat erubeſcibile
q̇d ī veſtibus. ſic turpiſſime accurtatū. Si-
militer mulieres ꝓpt᷑ pepla breuiſſima nō
audent caput deo omnipotēti iclinare. ne
indecens aliq̇d in crinib᷒ videat᷑. cū tn̄ chri
ſtus in cruce pro eis inclinato capite emiſit
ſpiritū. Itē q̇dam nō poſſunt ſe inclinare
deo impediti ligaturis caligaruꝫ rigidiſſi-
mis q̇bus manus ligant᷑ manicis ſtrictis.
corpus cingulis latis ⁊ deargentatis. pe-
des calceis ſtrictis. crura ⁊ genua ligatu-
ris caligaꝝ. Iſtis pompoſis timēdum eſt
illud dictū Math. xxij. Ligatis manib᷒
⁊ pedibus mittite eū ī tenebras exteriores
q: tales ſic ſe ex ſupbia ligantes tradent ſe
demonib⁹ ſic ligatos. Unde Aug⁹. Qui
peccatū peccato addit. funē nectit cū quo
liget᷑. Hęc meditāda ſunt ſupbis. Quīta
cauſa. q: credūt ſe nō multū indigere deo
ex quo abundant ī bonis tēporalibus. in
honoribus. ⁊ in delitijs. ſed miſeria ⁊ pau-
pertas ⁊ neceſſitas ad deū recurrere faciūt
paupes. Unde Eſa. xxvi. Dn̄e in angu-
ſtia q̇ſierunt te. Un̄ etiam Greg⁹. Mala
q̄ nos hic p̄mūt. ad deū ire cōpellunt.

## De eodeꝫ feſto. Sermo. xxij.

Videntes ſtel-
lam. magi gauiſi ſūt gaudio
magno. Glo. Non ſatis fuit
dicere euāgeliſtę. gauiſi ſunt. ꝟ addit gau-
dio magno valde. Unde dicit Chryſo.
Gauiſi ſunt ꝓpter male ſocietatē. ſcꝫ hero-
dis euaſionē. Sꝫ gaudio. q: ſpes eoꝝ nō
fuit fruſtrata ꝟ cōfirmata ſcꝫ gaudio ma-
gno. q: ad laborē tāti itineris quē ſuſcepe-
rūt ſtellā antecedētē recuperauerūt. Sed
valde magno gaudio. q: natū regē quem
querebāt inuenerūt. Sꝫ ex q̇ hoīes ī p̄ſenti
feſto. ⁊ ī p̄cedentib᷒ dieb᷒ diuerſos iocos
⁊ ludos. ⁊ diuerſa gaudia ī diuerſis locis
⁊ ptib᷒ mūdi exercēt: Ideo p pn̄ti ſmone
tria ſunt dicēda. Primo vtrū ī iocis ⁊ lu-
dis poſſit eſſe virt⁹. ⁊ q̄ req̇runtur ad ꝟ ꝙ
iocus virtuoſe fiat. Scḋo quot modis in
iocis ⁊ ludis aliq̇s poſſit peccare mortalit᷑.
Tertio exemplū. Quātū ad primū ſci- A
endū ꝙ hic q̄rit᷑ vtꝝ in iocis ⁊ ludis poſſit
eſſe virtus. ⁊ q̄ requirūt᷑ ad hoc ꝙ ioci vir-
tuoſi fiant. Rn̄deo ſm beatuꝫ Tho. ſcḋa
ij. q. clxviij. Sicut hō indiget corpali refo
cillatione. q: nō pōt cōtinue laborare. ita
etiā ex pte animę indiget quiete ⁊ ſolatio
qḋ fit p ludrica vel iocoſa verba. Un̄ ſci-
endū ꝙ triplices homīes inueniūt᷑ circa ꝟ.
Quidā enim ſunt ſicut cib⁹ nihil habens
de cōdimēto. nunꝗ exercētes iocū vel lu-
dum. ſed ſemp duri ⁊ aſperi. naꝫ ꝯtra hu-
manā rationē eſt vt aliq̇s ſe oneroſū exhi-
beat. puta cū nihil delectabile exhibeat. et
delectationes alioꝝ īpedit. Seneca: Sic
te regas ſapienter. vt null⁹ te habeat tāꝗ
aſperū. nec quis contemnet te quaſi vilem
Quidaꝫ vero quēadmodū cibi nimis cō-
diti. ⁊ nimis ſalſi. ſicut illi qui excedunt in
ludo. Quidam ſunt ſicut cibus temperate
ſicut vt decet conditus. ſcꝫ qui vtūtur io-
co ⁊ ludo ad virtutem. Pro quo ſciendū
ſm Holgot ſuper li. Sap. tria requirun-
tur ad hoc ꝙ iocus fiat virtuoſe. Primū
eſt ꝙ iocus ſit ſimplex ⁊ innocens ⁊ īnoxi-
us. ne aliquis inde lędatur. Sunt enī aliq̇
qui nihil curant quid dicant. ſiue offenſi-
onem ſiue placitum. ſiue honeſtū. ſiue in-
honeſtū. dūmodo tamē ꝓuocēt riſum. Et
tales diligenter explorant defectus ꝓxi-
moꝝ quos poſſunt recitare ad riſum cau-
ſandū in alijs. ⁊ in ipſis erubeſcētiam. ta-
lis iocus non eſt virtuoſus. quia ad ludum
virtuoſum requiritur ꝙ loquant᷑ placita
⁊ honeſta. ⁊ non nociua ⁊ illicita. Secun-
dū qḋ requirit᷑ eſt honeſtatis condecentia
vt ludus talis deceat perſonam ludenteꝫ
ſiue iocantem. et etiam perſonas aſſiſten-
tes. Unde alius iocus cōuenit clerico vel

plato vel religioſo·alius ſeculari·alius
ſeni·alius iuueni·alius viro·alius mulieri
alius famulo·alius virgini. Cōſideret er/
go ludens primo perſone ſue conditionē
⁊ honeſtatem ⁊ nihil attēptet quod eū vel
ſtatum ſuum dedecoret·⁊ ſuper oīa tur/
pia deuitet·que aliquo modo hominē ad
peccata inclinent. Unde Seneca d̄ quat/
tuor virtutibus cardinalibus. Oīa cre/
dibilia ꝑter turpitudinem crede. Secūdo
ↄſideret tempus·qꝛ vno tempore licet io/
care·⁊ alio non·ſicut tpe lamentationis ⁊
tpe deuotionis·⁊ orōnis leuitates hmōi
non decent. Item conſideret circūſtātias·
quia alius iocus licet corā pſonis ſecula/
ribus·alius coram religioſis·alius coram
ſenibus·alius coram iuuenibus·alius co/
ram ꝑlatis·alius corā equalibus vel ſub/
ditis. Tertiū quod requiritur eſt carentia
ſupfluitatis ne vel nimis frequēter vel ni/
mis ↄtinue. Tullius enī dicit Ludo quo/
dam ⁊ ioco vti licet ſicut ſomno et quiete:
Eſt enim ludus neceſſarius ad vitā·ſicut
quedam requies mētis. Sicut enī fatiga/
tio corꝑalis ſoluit̄ ꝑ quietem corporis·ita
oportet ꝙ fatigatio animalis ſoluatur ꝑ
quietem aīe·qꝛ ſi mens humana ſemꝑ ex/
tēderet̄ circa ſeria hebetaret̄ ⁊ fatigaretur
nimis. Et ideo cōueniens eſt ꝙ pro loco ⁊
tpe habeat requiem·que fit ꝑ ludum ⁊ io/
cum qui eſt animi delectatio. Cauēda tn̄
maxime eſt abundātia. Unde Ariſto.ix.
ethicoꝝ. Qꝛ parū delectationis ſufficit ad
vitam quaſi ꝓ condimento·ſicut parū de
ſale ſufficit ꝓ cibo·modicum enim de ſale
ſufficit ad quātitatē cibi magnam. Un̄ ſi
ſecūda vel quarta pars foret de ſale·nihil
valeret·eodē modo modicū de ioco ſuffi/
cit ad quietē ⁊ recreationem mētis. Exem/
plū de beato Antonio. Un̄ repꝛhendun/
tur illi q̄ maiorem ꝑtē tpis expendunt in
ludis ⁊ iocis·⁊ riſibus·⁊ ī alijs vanitatib⁹
mūdi·ſicut ludēdo ī alea·⁊ ſcacoꝝ ludo ⁊
ī cartiludio·⁊ ſic de alijs ludis·de q̄b⁹ ve/
rificat̄ illud Sap.ij. Eſtimauerūt vitam
nr̄am eſſe ludū. Quantū ad ſcd̄ꝫ ſci/
endū ꝙ quinqꝫ modis q̄s peccat mortalit̄
ī iocis ⁊ ludis. Primo ſm̄ Hermanū de
ſchildit·ſi ex leuitate animi ludo vel io/
co ita grauis cōtumelia fieret·ꝙ hominis
honorē totaliter auferret peccaret morta/
liter. Similiter ſi q̄s ex leuitate animi ho/
minem ꝑuiter vulneraret vel lederet ī cor/
pore mortaliter peccaret. Ita non ē dubiū
quin ꝑuiter animū hoīs ↄturbās·hono/
rem eius vel famā ex leuitate animi aufe/
rendo·mortaliter peccet. Sūt tn̄ alia ↄui/
tia ſm̄ Ariſto·in ethi·de leuib⁹ que apud
virtuoſos ludos ↄueniēter dici poſſūt·vl̄
ꝑpter delectationē vl̄ emēdationē·⁊ d̄ ta/
libus h̄ nō loquit̄·ſed de iſtis h̄ intelligit̄
q̄ ſcꝫ nō niſi ꝑuiter hoīs animū ↄturbā/
do fiūt·ſcꝫ auferēdo famā ei⁹·vel ↄtriſtan/
do ei⁹ pſonā. Scd̄o cū q̄s in ioco menda/
ciū loquit̄·⁊ illud ſciēter cū iuramēto con/
firmat. Un̄ ſanct⁹ Tho.ſcd̄a.ij.q.xcviij.
dicit: Nō excuſat̄ a mortali pctō q̄ iocoſe
peierat·qꝛ n̄ euitat diuinā irreuerētiā·imo
q̄ſtum ad aliq̄d adauget·hec ⁊ alia verba
dicēdo mēdaciter ⁊ in ioco trufando aliā
pſonā·videlicet·ꝑ deū ille foris ſtat expe/
ctans te·vel ipſe vult tibi h̄ dare·vel ibi ī/
uenies eū·vl̄ ille dixit mihi ſic·⁊ ſic d̄ alijs
Sꝫ ſi loqueret̄ in ioco mēdaciū ſine iura/
mēto·tūc ſolū eſſet veniale. Tertio cū q̄s
in ioco ꝓximū ſuū ſcienter·⁊ ex ꝓpoſito ad
iracūdiā ꝓuocat·nam omniū peccatoꝝ q̄
ille ſic ꝓuocatus in tali ira cōmittit ſiue in
verbis·ſiue in factis·ille ꝓuocās erit reus·
Hoc illi nō attendūt qui annoſos homi/
nes derident ⁊ ꝓuocāt·vel alios homines
paſſionatos q̄ ſubito ꝓuocantur ad iram
⁊ ī hoc volunt recreari·quod tamē vergit
in periculum aīaꝝ ſuaꝝ·⁊ grauiter in futu/
ro pro talibus ſolacijs et riſibus punient̄·
qꝛ omēs maledictiones ⁊ blaſphemias cō/
minationes et iuramenta que prouocat⁹
ꝓfert ipſi lugebunt. Quia eſt regula iuris
Qui occaſionē dāni dat·damnū dediſſe
videt̄. Quarto ꝓpter malum finem quem
quis in illo ioco intendit·vt iocando cum
muliere vel virgine tangendo vel ample/
xando eā·loquēdo ⁊ arridēdo ea ītētione
vt eā ad malū actū alliciat·vel ſm̄ beatum
Tho·de aq̄no: Cū q̄s ad iocū ſumit tur/
pia verba vel facta que de ſe ſunt peccata

moꝛtalia· peccat moꝛtaliter. Quinto ꝓpter
cōplacētiā vel vehementiā effect⁹ ad iocū
ita ꝙ q̇s contra ꝑceptum dei ⁊ eccl'ie in lo/
cis et tꝑibus ſacris vti non recuſet · et tali
modo poteſt quis bene peccare moꝛtaliter
Sed cū quis non tantū afficitur ad ludū·
ꝙ propter hoc vellet aliquid cōtra deum
cōmittere ·ſic ſolum eſſet veniale. Itē ꝓpt'
nimiā complacentiā quam quis habet in
iocis. Unde Aug⁹. Nullū peccatū adeo
veniale quin fiat moꝛtale dum placet. Et
q̄to maioꝛem delectationem ⁊ cōplacen/
tiam quis habet in aliquo peccato · tanto
maioꝛē pęnam ſuſtinebit ꝓ illo in futuro.
Apoc.xviij. Quātū in delitijs fuit · tantū
date illi toꝛmēta ⁊ luctum. Ex his patȝ· ꝙ
arguendi ſunt qui quādoqȝ in iocis ridēt
vſqȝ ad effuſionē lachꝛymarū. Et ſi qn̄qȝ
aliq̇s nimiā cōplacētiam habet in aliquo
peccato qḋ de ſe eſt veniale ·adhuc tamen
ꝓpter ſecuritatē debet ꝯfiteri. Quantū
ad tertiū ē ſciendū· ꝙ illi grauiter ī futuro
punientur ·q̇ hic excedunt in vanitatibus
iocis ⁊ ludis ⁊ venationibus auium et fe/
C rarum. Deinde nota exemplum ſm
Humber· in de abundantia exēploꝝ. Le
gitur ꝙ q̇dam vir deuotus in raptu vidit
quendam militem in purgatoꝛio · qui fuit
caſtus bonus hoſpitalis· ⁊ bonę vitę· ſed
ludo auium nimiū dedit⁹. Qui ꝓpter hu/
iuſmodi ludum habebat q̄ſi auē in manu
eum in facie· ⁊ ī humeris ⁊ bꝛachijs coꝛro/
dentem fruſtatim ⁊ mirabiliter affligentē·
et requiſitus ab illo deuoto· cur hęc pate/
retur cum tamen bonę vitę fuiſſet. Rn̄dit
ꝑcepta dei ſeruaui· nec vnq̄ȝ vnū denariū
cōtra deum recepi· ſed qꝛ nimium deditus
fui ludo auium. et cum canibus venando
ideo hanc pęnam hic in purgatoꝛio ſuſti/
nebo· donec purgatus ero· ſed tm̄ oꝛa deū
ꝓ me· ⁊ annūcia filijs meis et cognatꝫ meis
vt mihi cū ſuffragijs ſubueniāt · qꝛ valde
crucioꝛ in hac pęna· q̇ poſtmodum ī breui
ꝑ ſuffragia ⁊ oꝛationes bonoꝛū liberatus
D eſt a purgatoꝛio. Item aliud exemplū
in li· Apū· ꝙ fuit ī theutonie partibꝫ q̇dā
nobilis· venationibus tantum dedit⁹ ·vt
nullo ſabbato vel dn̄ica die miſſam audi/
ret· ſed ſemꝑ venationibus intentus erat·
coꝛripiebat aūt eum frequenter vxoꝛ ſua
deuota deo. Et ille mulieris ſuę monita
nō curauit. Accidit autē ut ipſa vxoꝛ poſt
multos part⁹ editos ꝑgnas peperiſſet ab/
oꝛtiuū habētem caput venatici canis pē/
dentibꝫ auribꝫ. Confuſa ergo corā matre
⁊ multis nobilibus matronis q̄ aſtabant
quarum conſilium omniū fuit · vt terra ci/
tius partus obꝛutus tegeretur. Veniēte
autē a venatione marito q̄ſiuit q̄lis puer
eſſet quē editum habuiſſet · diſſimulātib⁹
omnibus cū pudoꝛe inſtat miles· extracto
gladio ut ei ꝑtus oſtēdatur· ⁊ mox timoꝛe
compulſa eijci de terra iubet triſte ſpecta/
culum ⁊ mōſtruoſum dicens: Ecce q̄ȝ ma/
nifeſto ꝓdigio inſipientiam tuam vindi/
cauit omnipotentes· qꝛ nullum honoꝛem
ſacris diebus · ⁊ nullam reuerentiā ſacra/
mētis coꝛpoꝛis chꝛiſti tribuiſti · ſed magis
vanis ludis venationum in his ſacris die/
bus inſtitiſti· hęc vt vidit nobilis digne ſe
coꝛrexit· ⁊ pęnitentiam egit de commiſſis.
Item legitur ī li· Apū· ꝙ q̇dam potē/ E
tiſſimus dominus cū multos ex ſubditis
ſuis cogeret ſecum vacare quotidie et ve/
nationibus inſudare· ⁊ poſt h' pleriqȝ cul/
turas agroꝛū · ⁊ alia negocia dimittentes
ad paupertatem ⁊ inopiam cū vxoꝛibus
et filijs deuenerunt· accidit autem vt vna
dierum cum pręfata familia domus ſuę
miles ingreſſus nemoꝛa feram impeteret· ⁊
agitantibus canibus equo reſidens inſe/
queretur· at cū nihil ꝓficeret tota die· ſed
ſemꝑ ferā videret an̄ ſe ꝓfugā in amentiā
verſus ferā de nocte ſecut⁹ eſt· ⁊ ex illa die
nullus hominum vidit aut ſciuit q̇d de eo
factum ſit aut euenerit· dixerunt nōnulli ⁊
bene credimus ꝙ ſicut dathan ⁊ abiron a
terra viui abſoꝛpti ſunt· ⁊ ad inferos trāſ/
miſſi· ſic ⁊ illi accidiſſe.

## Dominica īfra octauas epiphanie. Sermo. xxiij. Parentes ad ſex tenent filijs.

Cum fact⁹ eēt
ieſus annoꝝ. xij· aſcēdentibꝫ

parentib⁹ eius hieroſyma₃ ₇c. Luc. ij. In
pͥſenti euangelio inſtruit maria parentes
q̄liter ſe debeant habere ad filios. i hoc ꝙ
duxit ieſum ſecū in templū cū₃ annoꝝ. xij.
eſſet. Vñ in pͥſenti ſermōe tria ſūt dicēda.
Primo ſūt aliqua declaranda de euāge/
lio pͥſenti. Scd̄o de inſtructione pueroꝝ.
Tertio exemplū. Quantu₃ ad primū ſci/
endū ſup illo verbo: Cū ieſus factus eſſet
F annoꝝ. xij. Sciendū ꝙ quinq₃ differē/
tie tēpoꝝ legūt de chriſto. Prima enī dif/
ferētia ꝙ legitur fuiſſe vni⁹ diei. qñ ſc₃ de
virgine maria nat⁹ fuit. Vñ Luc. ij. Na/
tus ē nob̄ hodie ſaluator. Scd̄o legit̄ fu/
iſſe octo dierū. qñ ſc₃ fuit circūciſus. Luc.
ij. Poſtq₃ conſummati ſunt dies octo vt
circumcideret̄ puer vocatū ē nomē ei⁹ ie/
ſus. Tertio legit̄ fuiſſe. xl. dierū. qñ a ma/
tre ī tēplo fuit preſentat⁹. De quo habet̄
Luc. ij. Poſtq₃ impleti ſunt dies purga/
tionis marię ſcḋm legem moyſi. tulerūt ieſū
in hieruſale₃ vt ſiſterent eū dño. Quarto
legit̄ fuiſſe. xij. annoꝝ. ſicut ī euāgelio ho/
dierno habet̄. Quinto legit̄ fuiſſe trigin/
ta annorū. ſc₃ cum a Johāne in iordane
baptiçaret̄. d̄ quo habetur Luc. iij. Ipſe
G ieſus erat incipiēs q̄ſi annoꝝ. xxx. Sci/
endū ꝙ de tota vita chriſti. ſcḋm Chryſo.
nullū miraculū legit̄ dñm ī puericia feciſſe
ꝓter hoc vnum qd̄ ꝓdit lucas. ꝙ cū₃ eſſet
annoꝝ. xij. ſuā ſapiētiā manifeſtauit. Vñ
dī in hodierno euangelio: Stupebāt aūt
omnes q̄ eū audiebāt ſuper prudētia ₇ re/
ſponſis eius. Item ſciendū ꝙ d̄ tota vita
chriſti nihil habetur in euangelio ab āno
xij. ętatis ſuę vſq₃ ad. xxx. niſi hoc ꝙ deſcē/
dit cum eis naçareth. ₇ erat ſubditus illis
In hoc enī medio tempore laborauit ipſe
manib⁹ ſuis ꝓ neceſſitate parentū. Vnde
Baſili⁹. Ab ipſa primeua ętate parētib⁹
obediens quemlibet laborem corporeum
habuit ₇ reuerenter ſuſtinuit. Cū enī ho/
mines eſſent honeſti. iuſti. egeni. ₇ penuriā
patientes. teſte preſepio. manifeſtu₃ eſt ꝙ
ſudores corporeos laborando cōtinue fre/
quentabant. neceſſaria vitę ſibi q̄rentes.
Jeſus aūt obediens illis. vt ſcripta teſtat̄.
in ſuſtinendo laborem plenariā ſubiecti/

onem oſtēdebat. Ex h̄ dicto colligit̄ chri/
ſtum nunq₃ mendicaſſe poſt. xij. annū ſuę
ętatis. ſ₃ ꝓprijs manib⁹ laboraſſe. Ambro.
Non vtiq₃ infirmitatis ſed pietatis ē illa
ſubiectio q̄ chriſt⁹ etiā parentib⁹ obediēs
fuit vſq₃ ad corporeum laborem. Vnde
Math. xiij. A ſuis ęmulis faber vocaba/
tur. Nec etiam ante vel in puericia vel in
infantia. q₂ ſi ſic. maxime h̄ videret̄ feciſſe
ꝑ triduum remanſionis ſuę in hieruſalem
De q̄ dī ꝙ beat⁹ Bern. optat veſci d̄ buc/
cellis q̄s dulci puer ꝑ triduū h̄ mēdicauit
ſ₃ hoc nō eſt veꝝ. non ē enī veriſimile ꝙ ta/
lis puer ita ſapienter īterrogans ₇ reſpon/
dens in medio doctoꝝ. ita vt mirarent̄ et
ſtuperēt ſuper prudentia ₇ reſponſis eius.
ab ipſis ꝑmitteret̄ mendicare. cum adhuc
nullam inuidiam ꝯtra eum concepiſſent.
ipſiſq₃ a deo ī lege ſcriptum eēt: Omnino
indigens ₇ mendic⁹ non erit inter vos ₇c.
ſicut legitur Deut. xv. Ad dictum autem
beati Bern. dicendum. ꝙ hoc dixit plus
motus deuotione q₃ hiſtorię vel veritatis
narratione. Nec etiam chriſtus mendica/
uit tpe predicationis ſuę. Qd̄ ꝓbat̄ ex eo
ꝙ nūq₃ legit̄ mendicaſſe vt valet ꝯſequē/
tia. q₂ in ſacra ſcriptura tenet loc⁹ ab au/
toritate negatiue. ſcḋm illud Hiero. Quic/
quid dī ₇ ſacrę ſcripturę autoritate nō ꝓ/
batur ea benignitate cōtemnitur q̄ ꝓbat̄.
Quantu₃ ad ſecundū ſciendū ꝙ parē/ H
tes in ſex tenent̄ ſuis filijs. Primo debēt
pueros ſuos informare quō ſe debeāt ha/
bere ad deum. Et hoc in tribus. Primo
debēt eos ad hoc inducere. vt offerāt deo
innocentiam ₇ puritatem ſuam cum pue/
ris innocētibus. q̄ ſanguinem ſuum ꝓpter
chriſtum fuderūt. ₇ h̄ fit qñ pueri in pue/
ricia īcipiūt deo ſeruire. Thren. iij. Bonū
erit viro cū₃ portauerit iugum domini ab
adoleſcentia ſua. Hugo in diaſco. li. iiij.
Nullus tam prudens tanq₃ ſapiēs habe/
tur. qui ad plenum adoleſcentis animum
ꝑſcrutat̄. ₇ h̄ ideo. q₂ bonitas infigitur in
cor pueri. ideoq₃ habet tenerū ſubiectu₃.
Vñ Ariſto. dic̄ ꝙ aīa pueri eſt tanq₃ ta/
bula raſa. in qua nihil eſt depictū. apta tñ
depingi. et ſ₃ quicq̄d ī ſe primit⁹ recipit pu/

er·ad hoc ſemꝑ poſtmodū inclinat᷑·ſiue ſit bonū ſiue malū. Exēplū reale de teſta vel cipho·in quē ſi primit⁹ infundit᷑ liquor ꝑcioſus. ſcꝫ balſamus ſaporeꝫ illū ſemꝑ tenet·ſi aūt primit⁹ fetor infundit᷑·tūc eūdeꝫ ſemꝑ retinebit. Itē aīa pueri eſt tanq̄ꝫ cera mollis·ī qua ſpecies ſigilli faciliter imprimitur. Item eſt ſicut virgula recens·q̄ faciliter flectitur ad quācunqꝫ partē. Secūdo informare eos debent in bonis ſalutaribus·ſicut ſunt pater noſter·ꝛ ſymbolū ꝛ p̄cepta dei·quomodo ea ſeruare oportet vnūquēqꝫ q̄ ſaluari vult. Vn̄ Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua mandata dei. Et in ſignum huius· tūc p̄cepta ſūt ſcripta in manibus ꝛ pedibus noſtris· ſcꝫ ꝑ decē digitos·ꝛ per deceꝫ pedicas·ne obliuiſcamur eorum. Tertio informādi ſunt vt eccleſias libenter viſitent·exemplo pueri chriſti·qui cum eſſet annoꝝ xij. aſcendit cum parentibus ſuis in hieruſalem·et ibi debent audire miſſaꝫ ꝛ ſermonem. Tulli⁹ in tuſcula·queſti. Statim in adoleſcentia cernimus·cuius moris cuius nature vl̄ cōſuetudinis in poſterum quiſqꝫ ſit futurus. Unde Greg⁹. Cibus mentis eſt verbum dei·qꝛ ſine fructu nō cedet. Unde ꝓpheta Eſa. lv. Verbum meum non reuertet᷑ ad me vacuū. Ex iſto ſequit᷑ ꝙ vix vel nunq̄ꝫ ita perſi ſunt qui a iuuentute audiūt verbum dei·ſicut illi qui ſic educantur vt nec de deo audiant·nec etiam quicq̄ꝫ ſalutis eorum addiſcāt·quia tales nihil ut cōmuniter operantur·niſi que ab alijs fieri vidēt Sꝫ heu multo plura mala exempla vidēt q̄ꝫ bona·ergo in peius ꝓficiunt. Et ſciendum ꝙ puer qui libenter audit verbū dei ſignum eſt ꝙ deus eſt in eo·ꝛ ad deū pertinet. Ioh. viij. Qui ex deo eſt· verba dei audit. Sic ecōuerſo·quando quis nō pōt de deo audire loqui·ſignum eſt ꝙ expulit deū a ſe. Iteꝫ ſciendum ꝙ ſeruitiū talium iuuenum innocentū qui nondū mortaliter peccauerunt·eſt deo multum acceptum·qꝛ illi qui deo innocentiā offerunt· vinū puꝝ bonū ꝛ optimum deo offerunt·ſed inueterati dieꝝ feces deo offerūt reſpectu iuuenū ſed tñ dñs eaſdeꝫ feces non ſpernit ex ſua

miſericordia ꝛ bonitate Saluſtius in iurgu. Cum de virtutib⁹ agit᷑ nulla excellentior cernit᷑ q̄ꝫ illa q̄ ī caſtis adoleſcētib⁹ inuenitur. ¶ Queritur h̄ qn̄ puer pōt peccare mortaliter. Rn̄det᷑ ꝙ qn̄ vſum rationis habet·ſic ꝙ diſcernit bonum ꝛ malū· et pōt ſcire ꝛ intelligere q̄d ſit ꝓhibitū ī p̄ceptis·tūc poteſt peccare mortaliter. Unde 3
Aug⁹. Qn̄ incipit homo p̄cepti eē capax· ex illo ꝛ poſſe peccare incipit·h̄ q̄ꝫdiu vſū rationis non habet·ſecure viuit·qꝛ nullo mō pōt peccare mortaliter nec ꝑdere vitā eternam. Vn̄ Bern̄. Nihil ē ꝙ timeam⁹ donec facultatē ꝛ voluntatē deliberandi renatus quiſq̄ꝫ recipiat·antea enī a charitate chriſti oīno nō poterit ſeꝑari·h̄ ſecur⁹ īterim deget ſub ꝓtectiōe et aduocatione dn̄i dei ſui. Similiter eſt intelligendū de naturaliter ſtultis·qui nunq̄ꝫ vſum rationis habuerunt·tales omnes habebunt vitam eternā ex merito chriſti·ꝛ ꝑticipatiōe bonoꝝ eccleſie. Sed diceres ex quo nullū malū manet impunitū·quis tunc illa mala lugebit que iſti pueri ꝛ naturaliter ſtulti cōmittunt? Rn̄detur ꝙ ille qui ſcienter eis occaſionem dat ad talia mala opera. Verbi grā. Qui ſciēter ſtultū ꝓuocat ad iram·ſimiliter qui ipſum ſtultum inebriat ex ꝓpoſito·vel qui iubet eum quodcunqꝫ malum facere·reus erit. Sed qn̄ puer īcipit vſū rationis habere·ꝛ diſcernere bonū a malo·tūc pōt peccare. Sꝫ qꝛ vn⁹ citius vſum rationis adquirit q̄ꝫ ali⁹·ergo non ſc̄m etatē ſed diſcretionem hoc perpendit᷑. Et qn̄ incipit peccare tunc peccat venialiter primo. Vn̄ Iſid·de ſum·bo. Quēadmodū ad virtutum culmen tendentes nō a ſummis inchoant·ſed a modicis·vt surſum ad altiora ꝑtingant. Ita etiā qui dilabunt᷑ ad vitia·non ſtatim a magnis criminibus incipiunt·ſed a modicis·et ſic aſſueſcūt ꝙ et tandem in maxima corruunt. Vn̄ Greg⁹·ī moral᷑. In vnoquoqꝫ lapſu a minimis ſemꝑ incipitur·ꝛ ſic ſuccreſcentibus defectibus ad grauiora peruenitur. Scđo pentes debent eos informare quō debeāt ſe habere quo ad ꝓximos·quibus tria tenentur. Primo ꝙ eos diligant·et

fraternã fidelitatẽ eis exhibeant · ⁊ ſi tales
ſunt paupes vt eis ſint miſericordes et eis
cõpatiant᷑ Matth. v. Beati miſericordes
qm̃ ipſi miam ↄſequẽtur. Unde Hiero⁹
Non memini me legiſſe mala morte mor-
tuũ · q̇ libẽter opa pietatꝭ exercuit. Scd̓o
tenent᷑ ꝓximis · vt eis damna nõ inferant ·
neq̃ ĩ reb⁹ · neq̃ in fama · q꞉ q̇cunq̃ infert
ꝓximo ſuo damnũ ĩ reb⁹ ſiue ĩ fama · tenet᷑
ad reſtitutionẽ · ⁊ h̓ nõ ſolũ ĩtelligit᷑ de re-
bus magnis ĩ quãtitate · ſ̓ etiã ĩ pũis reb⁹
Verbi grã. Si iuiſſes ad pratũ ꝓximi tui
⁊ recepiſſes ei ↄtra volũtatez ſuam, vnum
pãnũ plenũ cũ graminibꝫ · tũc ſi vere peni-
teas · teneris ſatiſfacere cũ tui ↄfeſſoris ↄſi-
lio. Ergo parentes debẽt informare filios
ne dãna inferãt ꝓximis ſuis · ſiue ĩ pratis ·
ſiue ĩ ſegetibꝫ cũ pecoribꝫ vl̓ ſine · ſiue etiã
in fructibꝫ · ſicut pomis · piris · eſculis · ceru-
ſis · rapis · ⁊ ſic de alijs. Vñ Aug⁹ · ⁊ ponit᷑
in decre. Nõ dimittitur peccatum niſi re-
ſtituatur ablatũ · diſ. liiij. Generalis. Itẽ
informandi ſunt ne detrahant ꝓximis de-
nigrando famã coꝝ · q꞉ tales tenentur ad
reſtitutionẽ · ſicut iſti q̇ habẽt res iniuſtas
ergo iſta duo peccata ſc꞉ rerum iniuſtarũ
ablatio · ⁊ famę detractio · magis difficul-
ter dimittũtur · q꞉ non ſufficit ↄtritio · nec
ↄfeſſio ſicut in alijs peccatis · niſi fiat reſti-
tutio ſ̓m poſſibilitatẽ · Vñ Hiero. Non
facilis venia · praua dixiſſe de rectis. Ter-
tio tenẽt᷑ ꝓximis indulgere offenſas · ⁊ oĩa
dubia in meliorẽ ꝑtem interꝑtari. Et bre-
uiter informãdi ſunt vt ꝓximis faciãt ſicut
ſibi velint fieri · Unde Matth. vij. Om̃ia
quęcunq̃ vultis vt faciãt vobis homĩes ·
et vos facite illis · Et illud Tob. iiij. Qd̓
ab alijs oderis tibi fieri · ne tu alijs facias.
Tertio tenent᷑ parentes filios informa-
re quõ ſe habere debeant quo ad ſeipſos ·
ſc꞉ vt corpus ſuum munde teneãt et caſte
viuãt · vt dixit Tobias · filio ſuo: Attẽde
fili mi ab omni fornicatione. Et ratio hu⁹
eſt · q꞉ omnis fornicatio ꝑterq̃ ĩ matrimo-
nio ſemꝑ eſt peccatum mortale. Vñ apl̓s
Omnis fornicator aut immundus non ha-
bet partẽ in regno dei · ergo pueri debent
ſeruare virginitatem ſuam vſq̃ ad matri-
moniũ vt in virginitate ſimul conueniãt ·
In ſignum hu⁹ adam ⁊ eua qñ matrimo-
nium inchoabant virgines fuerũt · et tales
pueri ſic caſte viuentes ducũt angelicam
vitaz. Lactãti⁹. li. iiij. d̓ falſa iuſticia. Tũc
adoleſcentis veraciter perpẽdis dignita-
tem ſi in facie venuſtatẽ · ⁊ in mente ꝑtule-
rit puritatem. Vñ Ambro. Qui non nu-
bent · ⁊ vxores non ducunt · ſicut angeli in
terra ſunt. Quarto parẽtes tenent᷑ fi- K
lijs dare bonum exemplum · ⁊ hoc ẽ valde
vtile. Unde Greg⁹. Nũq̃ peccatores ad
lamẽtũ penitẽtię redirẽt · ſi nulla eſſent bo-
noꝝ exempla q̄ eoꝝ mentez traherẽt. Er-
go cõmuniter loquẽdo qñ parentes bonũ
exemplum ꝑbent filijs ſuis · tunc filij tales
magis efficiũtur virtuoſi · ⁊ per hoc tales
parentes multũ merẽtur. Unde Ceſari⁹.
Quantis exemplũ vere humilitatis ⁊ per-
fecte charitatis oſtẽderis · cuz tantis ⁊ pro
tantis ęterna ꝑmia poſſidebis. Sed heu
aliq̇ parẽtes ĩformãt filios ſuos ad malũ ·
verbo · ⁊ exemplo · ĩ quo deum grauiter of-
fendunt. Verbi gratia. Sicut chorizare ·
ſuꝑbe incedere · ⁊ deũ blaſphemare · ⁊ ſic d̓
alijs · ⁊ tales rei erunt omniũ pctõꝝ illoꝝ
q̄ ex mala informatiõe ſeu exemplo filij ſic
addiſcũt · ergo q̇ te ſuperbiaz chorizãdo ⁊
põpoſe incedendo primit⁹ docuit · ꝑticeps
erit omniũ peccatoꝝ illorũ q̄ chorizando ·
ſiue alias ſuꝑbe incedẽdo perpetrabis · et
ſic de alijs peccatis. Damaſ. li. iiij. Ubi
vnũ adoleſcentulum videris virtutibꝫ ef-
fulſiſſe · ibi mille reperies perijſſe. Item de
illis parentibus q̇ veſtes pompoſas filijs
ſuis emunt · dicit Guil. lugdu. Qui filias
ſuas ornãt vt eas ad choreas mittant · q̄ſi
veſtucã vngunt vt eo melius ardeat. Itez
aliqui parẽtes faciũt pueros ebrioſos po-
tando eos cũ vino. Contra qd̓ Ariſto. vij
politicoꝝ · dicit: Iuuenes maxĩe ab ebri-
etate cuſtodiri oportet. Idẽ: Iuuenes eſſe
ſine vino bonum eſt · q꞉ tales poſtmodũ ef-
ficiũtur bibuli ⁊ luſores · ⁊ mali homines ·
q̇bꝫ parentes ſunt occaſio ꝑ ſuam malam
informationẽ ⁊ mala exẽpla. Vñ Greg⁹ · ĩ
moral̓. Tot mortibꝫ quis dign⁹ ẽ quot ex-
empla prauitatis in poſteros relinquit. O

quot mortes meruerūt tales qui tot mala
exēpla reliquerunt ī posteros. Quinto
L parētes tenent̄ filios corrigere· q̄ nō suffi/
cit ꝙ informāt eos in bono· ꝫ oportet eos
etiā corrigere qn̄ excedūt · q̄ oīa peccata
q̄ filij ꝑpetrāt sub obediētia parētū· d̄ his
parētes respondebunt ī die nouissimo· er/
go aduertite parētes · ꝙ etiā si sanctę vitę
estis· tn̄ ꝓpt̄ filios vestros dānari potestis
Naꝫ vt dī ad Ro. p̄. Nō solū digni sunt
morte q̄ faciūt · ꝫ etiā q̄ ꝯsentiūt faciētibꝫ·
Verbi grā. Si pater ꝛ mater nunq̄ pec/
cassent mortaliter· ꝛ tamē pueros suos nō
corrigūt· ꝫ tacēdo ꝯsentiūt · ꝛ si sic sine pę/
nitētia de negligentia hmōi moriūt̄· ęter/
naliter cū pueris talibꝫ damnabūtur· sicut
Innocēti⁹. Gregori⁹. Cirillus. Isidor⁹.
Augustin⁹· illi omnes concorditer dicunt
de Heli sacerdote · vt habetur. j. Reg. ij.
Qui audiuit ꝙ filij sui inhoneste se habe/
bāt in tēplo· q̄ ibi dormiebant cū vxorib⁹
suis. Legit̄ eñi ꝙ tepide arguebat eos · er/
go si dānat⁹ ē · nō ē alia causa· nisi ꝙ non
acriter ꝛ seriose correxit filios suos. Unde
dī ī decretis· Pari pęna puniēdi sūt agē/
tes ꝛ ꝯsentiētes. xvij. q. iiij. Oīes. Itē ꝛ ꝫ
habetur in decre. Resistere posse peruersis
et non facere · est eis consentire. xxiij. q. iij.
Qui potest. Sed diceres quō pueri
M corrigendi sunt· Respōdeo· si sunt filij bo/
ni ꝛ ex fragilitate quandoq̄ delinquūt · ꝑ
ut Salomō dicit: Nō est homo iustus in
terra qui faciat bonū ꝛ nō peccet· scꝫ veni/
aliter· tunc tales pueri cū benignitate sunt
corrigendi· exemplo marię q̄ dixit ad filiū
suū· vt habet̄ in euangelio Luc. ij. Fili q̄d
fecisti nobis sic: Pater tu⁹ et ego dolētes
querebam⁹ te. Si aūt sunt ꝓterui ꝛ corre/
ctio dulcis nō ꝓficit · tūc corrigēdi sunt cū
aspera virga· Prou. xxiij. Noli subtra/
here a puero disciplinā. Si eñi percusseris
eū virga nō morief̄· ꝛ aīaꝫ eius de inferno
liberabilis. Ergo qn̄ audis puerū tuū iu/
rare· et deū blasphemare· tūc accipe debes
virgam ꝛ eundē puerū bene disciplinare· ī
hoc lętificabis deum ꝛ beatam virginem
mariaꝫ ꝛ omnes sanctos· ꝛ mereris tibijpsi
coronā vitę· cum puerū ea intentione per/
cusseris vt se emendet· ꝛ creatoreꝫ suū am/
plius nō offendat · taliter scꝫ blasphemā/
do· iurando· vel alio mō peccādo. Itē sciē/
dum ꝙ oportet ꝙ pueri corrigāt̄· q̄ natu/
ra humana infecta ē ꝑ originale peccatū·
ꝛ ꝓna ad malū ab adolescētia sua. Et qn̄
puer agit ꝫm inclinationem naturę· tūc as/
suescit ex ꝯsuetudine ī malis· ꝛ postmodū
vix pōt illud deponere. Verbi grā. Si/
cut cū semel irascit̄· ꝛ postmodū iterum· sic
tūc assuescit· ita ꝙ efficit̄ homo iracūdus.
Sic etiā si puer ꝫm ꝓpriā volūtateꝫ viuit
ꝛ discurrit· ꝛ ꝑcutit se cū alijs pueris · tunc
erit vag⁹ ꝛ indomit⁹. Sic simılit̄ si mēdax
in pueritia· si superbus· si blasphemus· vel
etiā si furat̄ in puericia ꝛ nō corrigit̄ · tunc
postmodum prauus efficitur· ergo ab illo
malo incepto oportet puerū taleꝫ retrahi
ꝑ verbera et flagellationes. Ambro. li. de
offi. Hic leone fortior cōprobat̄· qui suis
in adolescētia motibus dn̄atur. Ad Col.
iij. c. Filij obedite parentib⁹ ꝑ oīa. Hoc
eñi placitū est dn̄o. Sidonius ī epistola/
ri: In ꝑiculosis semꝑ ipsa adolescētia ca/
sibus versat̄. Nunc eñi fluctuando diuer/
simode ꝑiditat̄· nunc tumultuādo ad va/
nitates innumerabiles incitatur. Sꝫ sunt
aliqui parentes qui ex inordinato amore
pueros suos nolūt corrigere · nec volūt ꝙ
aliquis alter eos corrigat · et sic peruersos
pueros educāt. Et tales pueros suos pl⁹
odiunt q̄ȝ diligunt. Vn̄ Prou. xiij. Qui
parcit virgę odit pueꝝ suū. Iteꝫ sunt aliq̄
qui pueros suos calcant cum pedibus· et
trahunt per crines · vel cum manibus ad
caput ꝑcutiunt· ꝛ sic eos infatuant. Item
sunt aliqui qui pueris suis maledicunt· ꝛ ī
hoc deum grauiter offendūt· et pueri ex ꝫ
nihil ꝓficiunt· sed plus eis obest q̄ȝ ꝓdest·
Exemplum habetur in Cesario ī pu/ N
ero quem diabolus cum corpore ꝛ anima
abstulit ꝓpter maledictionem parentū· sic
ꝙ ampli⁹ parētes illū puerū non viderūt.
Et hoc deus ꝑmisit ī terrorē alioꝝ paren/
tum· ne filijs suis sic maledicant · ꝫ potius
cum aspera virga corripiant · imo maledi/
cere non licet alicui irrationabili creaturę
inq̄ȝtum dei creatura ē· quia oīs creatura

dei bona eſt· vt ptꝫ Gen̄.p̊. Vidit deꝰ cū/
cta que fecerat· ⁊ erāt valde bona. Ex iſto
ptꝫ ꝙ ſi nō licet equo vel aſino uel cani uł
boui maledicere· multominꝰ licet homībꝫ
maledicere. Cōtra qđ faciūt aliq̇ parētes
q̇ maledicūt ꝓprijs filijs· ⁊ etiā pueꝛſi viri
q̇ vt ſepius ex ira vel vindicta maledicunt
ꝓprijs vxoribꝫ. De illis maledictiōibꝫ di/
cit apl's· ꝙ neqꝫ maledici· neqꝫ rapaces re/
gnū dei poſſidebūt. Sciēdū ꝙ parentes q̇
filios ſuos educant tali ītentione vt effi/
ciantꝛ boni chriſtiani ⁊ famuli dei· quicq̇d
erga filios ſuos faciūt· totū eis erit meri/
toriū cū in gr̄a ſūt ⁊ ſine pctō mortali. Er/
go mater q̇tiēs inq̇etatꝛ a puero· et q̇tiens
portat vel balneat· quecūqꝫ puero mini/
ſtrat meretur. Vn̄ apl's: Scimꝰ qm̄ dili/
gentibꝫ deum om̄ia coopantur in bonum

D ¶ Ex q̇bus ptꝫ ꝙ parētes poſſūt mereri
ī pueris ſuis eternā gl'iaꝫ· vel etiā eternaꝫ
dānationē. Ergo pueri a parentibꝫ infor/
mandi ſunt· corrigēdi ſūt· vt iā dictuꝫ eſt·
qđ ſi ſic fieret· ꝓculdubio nō eſſent tot ma/
li homīes ⁊ peccatores in mūdo. Hoc q̇li/
bet pōt cognoſcere ī ſeipſo· qꝛ ſi a puericia
fuiſſes debite īformatꝰ· ⁊ ī timore dei edu/
catus· vtiqꝫ melior eſſes· ſ; heu qꝛ a pueri/
cia nutritus es in ſupbia· in gula· in luxu/
ria· ⁊ in alijs vitijs· ergo tam peruerſus es
iam in vita tua. Seneca. In hercule furē/
te. Tūc adoleſcens om̄i ſubſternitꝛ vanita/
ti· cū ſue vane admittitur libertati ⁊ graui

P adijcitꝛ voluptati. Exemplū de paren/
tibus qui filios ſuos nō inſtruūt in bono
nec corrigūt cū delinquūt. Legitꝛ ꝙ q̇dam
pater ex inordinato amore non correxit fi/
liū ſuū· ſ; duxit eū ſecū in tabernas q̇ exem/
plo patris poſtmodum factus ē potator·
luſor· ⁊ blaſphemator. Cōtigit ī breui pa/
trem ⁊ filiū poſtmodū mori mala morte· ⁊
q̇daꝫ homo bonꝰ in raptu vidit filiū ⁊ pa/
trem ſuū ī inferno ſeinuicē mordētes· ⁊ fi/
lius maledixit patri· qꝛ eū nō correxit· nec
ad bonū inſtruxit· ⁊ ꝙ ſibi malū exemplūꝫ
ꝓbuit. Iteꝫ aliud exēplū de illo qui patri
morſu abſcidit naſum. Quere an̄ ſermōe

Q xvi. F. Sexto tenentꝛ parētes filijs ſuis
hereditare res iuſtas· quia melius eſt mo/
dicum iuſto ſuper diuitias pctōꝝ multas.
Contra hoc faciūt aliqui qui tam inordi/
natū amorē habēt ad filios· ꝙ q̄uis bene
cognoſcāt ꝙ nō habēt neqꝫ poſſident res
iuſtas· tn̄ nolunt eas reſtituere ne filij de/
paupentꝛ· ⁊ ſic ſeipſos et filios cōdemnāt.
Itē aliq̄n vnus parentū manet ī viduitate
nō ꝓpter deū nec amore caſtitatis· ſ; ne fi/
lios exheredittet· ⁊ tn̄ non intēdit caſte vi/
uere. Et talis parens plꝰ diligit filios q̄ꝫ
deū ⁊ ꝓpriaꝫ ſalutē· ⁊ potiꝰ vult dānari q̄ꝫ
filios ſuos exhereditare. Itē ſciendū ꝙ fi/
lij ꝯquerunt de talibꝫ parentibꝫ tanq̄ꝫ de
ſuis occiſoribus. Nam quot denarios eis
ſcienter relinquūt de rebus iniuſte adqui/
ſitis· tot gladijs pueros ſuos tranſfigunt.
Naꝫ ſi ipſi heredes ſic illas res iniuſte ac/
quiſitas ſcienter poſſident· tūc damnantꝛ
cum parentibus. Eccl. xli. De patre impio
ꝯquerūtꝛ filij· qm̄ ꝓpter ipſū ſunt in oppro/
briū ¶ Unde exemplū. Legitur ꝙ q̇daꝫ R
vſurariꝰ habuit duos filios· quorū vnus
compunctus ī ſermone quodam dixit pa/
tri ſuo· pater ſi moriemur in hac vita· tūc
moriemur in corpore ⁊ anima· ergo reuer/
tere ⁊ redde vnicuiqꝫ qđ debes. Cui pater
⁊ alius frater indignanter reſponderunt·
debes tu eſſe noſter confeſſor· vade ſi mo/
ri volueris· et nos pmanebimus in bonis
noſtris. Qui tacuit et iuit in heremum· et
pauperem vitā ibidē duxit ſeruiēdo deo·
tandem pater moriebatur ſimul et frater·
Cum iſte bonus heremita intellexiſſet pa/
trem ⁊ fratreꝫ mortuos· miſericordia mo/
tus deſiderabat ſtatum eoꝝ ſibi notifica/
ri. Tandem deum petijt vt mereretur eos
videre. Una aūt dieꝝ cū eſſet in oratione
ſua· venit angelus dn̄i· et dixit ei: fiat tibi
qđ petiſti ⁊ arripuit euꝫ cum manu dicēs:
Ueni ⁊ oſtendam tibi eos· ⁊ duxit eū quo
ipſe neſciebat. Tandem veniebat ad mō/
tem vnum· ⁊ dixit ei angelus: vis videre ⁊
audire patrem tuum ⁊ fratrem. Qui rn̄dit
volo: Et vidit vallem vnam diuerſis tor/
mentorum generibus repletam· ⁊ audiuit
miſerabilē vocem· viditqꝫ primo patrem
bullientem in igne ſicut vnū piſum ī vna
magna olla· q̇ dixit: ve· ve· ve· maledicta

ſit hora in qua ↄcept⁹ ſum. maledictus ſit venter q̄ me portauit. Que cū audiſſet heremita tremuit. ⁊ dixit: O pater es tu h. q̄ dixit: ſum dilecte fili. Benedict⁹ ſis. q: timuiſti deū. ⁊ cauiſti ſpelūcā. ⁊ penam iſtā horribilē. ſed caue tibi vt ſeruias deo. Et īterim cū ſic loquebat᷑. venit ⁊ frater ſicut pater ī bulliēti igne. natādo infra ⁊ ſupra ſicut piſum ī olla ⁊ cepit filius maledicere patri in penis. dicēs: Maledict⁹ ſis tu pater ī eternum. q: iniuſte adquiſita ſup me hereditaſti. ⁊ ſic me dānaſti. Et econuerſo pater ad filiū dixit: Maledict⁹ ſis tu fili. q: ꝓpter te talia iniuſte adquiſiui. ⁊ ſic retinui. ⁊ ſic meipſum omni bono priuaui. et ꝓpterea ī hāc penā deſcendi. Quib⁊ dixit fili⁹ viuens: poſſunt ne vob aliq̄ ſuffragia iuuare vel ꝓdeſſe? Qui dixerunt nō. q: in inferno nulla eſt redemptio. ⁊ cuȝ videret ꝙ in eis nō eſſet aliqua ſpes receſſit. ⁊ deo fidelius ſeruiuit q̄ȝ antea vnquā fecit. ⁊ ſic ſaluatus eſt.

## In eadēȝ dñica. Sermo. xxiiij. Quō ⁊ filij ī ſex tenēt parentib⁹

Deſcendit cuȝ eis. ⁊ venit naçareth ⁊c. Luc. ij. Aug⁹. Nō ſolū chriſti vba ſunt nob ī documētū. ſ etiaȝ chriſti facta ſunt nob ī exemplū. Vñ chriſt⁹ ad parentes ſuos carnales habuit ſe hūiliter ⁊ obedienter. ergo dr̄: Erat ſubdit⁹ illis. Bern. Mirū quib⁊. deus hoīb⁊. Vñ etiā Aug⁹ Erubeſcet homo eſſe ſupbus. q: humilis fact⁹ ē de⁹. Vñ etiā refert Johes d̄ villa ī hiſtorijs. fuiſſe quendā puum fontē ſiue puteū ad quē ſepi⁹ ſaluator venit haurire aquaȝ deferens eā benedicte matri ſue. Vñ Ambro. Nō vtiqȝ infirmitatiſ ſ pietatis ē illa ſubiectio. qua chriſt⁹ obediens pentib⁊ ſuis fuit vſqȝ ad corporeū laboreȝ ⁊ hoc fecit vt pueros ⁊ iuuenes ſuo exemplo inſtrueret. vt ſe humiliter ⁊ obediēter habeant ad ſuos parentes. Vñ in p̄ſenti ſermone tria ſunt dicēda. Primo q̄ filij parentibus ſuis tenent᷑ facere. Scdo quō filij proterui puniuntur a deo. hic ⁊ in futuro ꝓpter inhonorationē parētū. Tertio exemplū.

Quantuȝ ad primū ſciēduȝ ꝙ filij ī ſex tenēt parētib⁹ ſuis ſiue adhuc ſint viui. ſiue mortui. Primo tenent᷑ eis ſeruire corpaliter. ſ. cū ꝓprio ſuo corpe. qḋ vnuſquiſqȝ a pentib⁊ habet. ſcȝ ducendo eos ſi ceci ſunt. et portando eos. ſi infirmi ſunt ⁊ claudi. vel alia ſeruitia eis exhibēdo lauando ſcȝ ⁊ lectū eoꝝ pparādo. eos tegendo. vel veſtib⁊ ſuis induendo. et ſic de alijs. Eccl. vij. Honora patrē tuum. ⁊ gemitus mr̄is tue ne obliuiſcaris. memento qm̄ niſi per ipſos nō fuiſſes. Vñ ſciēduȝ ꝙ tria nobiliſſima recepim⁹ a parētib⁊ noſtris. ſcȝ eſſe. nutrimētū. ⁊ doctrinā. quoꝝ nullū ſufficiēter eis recōpenſare poſſum⁹. Vñ Ariſto. ix. ethicoꝝ. Magiſtris dijs ⁊ pentibus nō pōt reddi equiualens. ergo deo qui nos creauit. magiſtris q̄ nos docuerūt. ⁊ parētib⁊ q̄ nos genuerūt. nō poſſumus facere dignaȝ recōpēſationē. Ergo q̄libet noſtrum ppendere debet cuȝ quāto labore educatus eſt. ⁊ quāta ſollicitudine et inquietudine ⁊ dolore genitus ⁊ nutritus ſit. Unde Tob. iiij. Honore habebis matrem tuā omibus dieb⁊ vite tue. Memēto quāta ꝑpeſſa eſt ī vtero ſuo ꝓpter te. Sic q̄libet pater debet pueꝝ ſuū ad h̄ tenere ⁊ eū informare. vt matreȝ honoret. ſicut ille bon⁹ Tobias docuit filium ſuum ⁊ ſimili modo q̄libet mater debet puerum ſuū ad hoc tenere vt patrē in reuerētia habeat. Eccl. iij. Qui honorificat patrē ſuū vita viuet lōgiori. Scdo tenentur filij parētes eoꝝ diligere ex corde. Cōtra hoc faciūt q̄ parentes odiūt. ⁊ optāt eis mortē vt eoꝝ hereditatē ꝑcipiāt. aut ſine reprehenſione ſcḋm motū ꝓprie volūtatis viuāt. qḋ ē valde repꝛhenſibile ⁊ graue peccatuȝ. qḋ ꝓbat᷑ ſic. Nam beat⁹ Joh. dic: qui nō diligit fratrem ſuū manet in morte. h̄ intelligitur de ꝓximo: Quid tunc dicendum ē de illis qui parentes ſuos odiunt. q̄s multo plus diligere tenentur? Unde queritur vtrum parētes filios. aut filij plus parentes diligere debeant. Rñdet᷑ ꝙ parentes naturaliter plus diligūt filios. Unde Ariſto. viij. ethicoꝝ. Parētes pl⁹ diligūt

filios q̄z ecōuerſo·eo ꝙ magis ſciūt parē/
tes q̄z filij ꝙ ab eis ſunt geniti·hoc tamen
intelligendū eſt naturaliter ⁊ coīter· licet
qñq̄z fallat·ergo merito parentes diligēdi
ſunt viceuerſa a filijs quos ipſi tam tener/
rime diligūt. Vñ Baſili⁹: Parētes no/
ſtros vt ꝓpria viſcera diligam⁹. Tertio
tenēt̄ parentib⁹ dulciter ⁊ reuerēter reſpō/
dere cū ab ipſis corripiuntur. Cōtra h̄ fa/
ciunt qui dure ⁊ inhoneſte iracūde ⁊ perti/
naciter reſpondent ſuis pentibus · q: in h̄
grauiter delinquunt·vt habet̄. Math.v.
Qui dixerit fratri ſuo fatue reus erit gehē/
ne ignis. Hoc intelligitur confundendo·
dehoneſtando·deridēdo·⁊ paruipenden/
do fratrē ſuū. O cuius tunc reus erit ·qui
patrem ſuū nominat antiquū fatuum·vl̄
ei maledicta verba improperat: Vñ Eccl.
iij. Q̄z male fame eſt q̄ relinquit patrē·⁊ ē
maledict⁹ a deo q̄ exaſperat matrem ſuam
Quarto tenentur filij parentib⁹ ī tēpo/
ralib⁹ ⁊ corꝑalib⁹ neceſſitatib⁹ ſubuenire.
Et ad hoc quilibet tenetur ꝓpter donum
qḋ ab ipſis parētibus recepit· ſcʒ corꝑale
nutrimentū ·q: pentes nutriūt filios ḋ ſua
carne·filij autem nutriūt parētes de ſub/
ſtantia aliena. Et ideo filij q̄ parentib⁹ in
neceſſitate nō ſubueniunt·peccant morta/
liter. Qḋ patʒ p glo. Exo.xx. que dicit ꝙ
hic p̄cipit̄ ꝙ filij honorent pentes officio
pietatis·ipſis ſcʒ ī eoꝝ neceſſitatib⁹ ſubue/
niēdo. Unde Eccl.iij. Elemoſyna patris
nō erit ī obliuione. Et poſſumus ī hoc vti
exemplis inter q̄ p̄cipuū ē exemplū chriſti
q̄ cum eſſet in anguſtia paſſionis·tñ non ē
oblitus matris ſue·imo curam ei⁹ habuit
⁊ iohāni eam cōmendauit· vt habet̄ Joh
xix· Jteʒ etiā ipſa animalia irrationabilia
de hoc nobis dant exemplū. Dicitur enī
de gruib⁹·ꝙ cū pater ⁊ mater eoꝝ depilati
ſunt·filij eis querunt neceſſaria· donec re/
creſcāt eis pili·vel vſq̄z moriant̄. Jtem ad
oſtendendū ꝙ debemus pentib⁹ ſubueni/
re qñ ſunt in ſenectute ꝯſtituti·oſtenditur
ī exemplo ciconiaꝝ. De quibus legitur ꝙ
cum ciconie ſeneſcunt · filij pentes ſuos in
nido ponunt·⁊ velut infantes iuxta pect⁹
ſuū collocāt fouēt ⁊ nutriūt· Soli vultu/
res pentes ſuos fame mori pmittunt. Vñ
ſciendū ꝙ valde nigrat⁹ videt̄ q̄ parētib⁹
ſuis nō ꝓuidet·qñ ipſi nō pñt ſibijpſis ꝓ/
uidere·cū tñ ipſi ſibi ꝓuiderūt in puericia
ei⁹ qñ nec ipſe ſibimet prouidere poterat·
Ideo dicit apl's. Eph.vj. Filij reddite vi/
cem pentib⁹ veſtris·q: h̄ ē acceptū coram
deo. Exemplum ſcribit Valeri⁹ vbi V
oſtēdit ꝙ debem⁹ pentib⁹ ſubuenire q̄ ſūt
ī neceſſitate poſiti. Recitat enī ꝙ cū q̄daʒ
mulier nobilis ob quoddā flagitiū fuiſſet
morti adiudicata·noluit eaʒ iudex aliqua
morte publica punire ꝓpter honorē parē/
tele·ſ; incluſa ē ī carcere ut ibi fame periret·
filia xͦo ei⁹ q̄ erat nupta de licētia iudicis
matrē ſuam quotidie in carcere viſitabat·
prius tñ diligēter pſcrutabatur ne q̄d co/
meſtibile illi afferret. Jlla vero extracto
vbere ſingulis diebus lacte ꝓprio matrem
alebat. Cum vero iudex miraret̄ ꝙ tanto
tempore ſupuixeret·repertum ē quid ei fie/
bat a filia·tunc pietate motus· matrē filie
donauit. Quinto filij tenent̄ parentib⁹
obedire in his que ad bonum ⁊ ad ſaluteʒ
ipſorum ptinēt. Ad hoc nos chriſt⁹ ꝓprio
ſuo exemplo nos inducit·qui ſuis pentib⁹
ſubdit⁹ fuit vt habet̄. Luc.ij. Et erat ſub/
ditus illis. Unde ſciendū ꝙ quilibet obe/
dire debet pentibus in licitis ſcʒ quando
aliquid iubent qḋ bonum eſt· ⁊ pro ſalute
anime ſue ·vt ad miſſam et ad eccl'iam ire
⁊ verbū dei audire vl̄ tacere·vel ſedere·vl̄
dormire·vel ſurgere·vel laborare· et ſic de
alijs. Vel qñ ꝓhibēt pueri aliqḋ malū·ſic
non choriçare·nō ludere·vel de domo nō
exire circa noctē·vel ad aliquē locuʒ inho/
neſtum nō accedere·⁊ ſic de alijs. Et qñ/
cunq̄z quis ſcienter ⁊ ptinaciter ·⁊ ex con/
tēptu ꝯtra p̄ceptū aliquod p̄dicto ꝝ facit·
peccat ⁊ deum offendit grauiter. Sexto
tenētur filij pentibus defunctis ſubueni/
re·⁊ aīas pentum ſuorū cum miſſis elemo/
ſynis ⁊ orōnibus de purgatorio liberare.
Et de filijs ꝯtrariū facientibus ꝯquerunt̄
pentes. Unde Job. Quare perſequimini
me ſicut deus. ⁊ in carnibus meis ſatura/
mini: Nōne q̄ multa bona a patre ſuo ac/
cepiſſet. ſcʒ.cc.vel.cccc.florenos·et videret

eum in anguſtia ⁊ paupertate eſurientem·
ſitientem·nudum·⁊ ſibi in nullo ſubueni-
ret cum bene poſſet·merito infidelis filius
eſſet cenſendus·ſimiliter ⁊ ī ꝓpoſito. Vn̄
ſciēdum ꝙ quilibet tenetur ſubuenire illis
animabus quarum bona ipſe hic poſſidet
nam ipſe animę defunctę ſpecialiter con-
queruntur de filijs ⁊ heredibus q̄ eis non
ſubueniunt de illis bonis quę ipſis ī mū-
do reliquerunt·⁊ ipſi filij ⁊ heredes reddi
turi ſunt rationem de eo ꝙ ipſis nno ſub-
X ueniunt. Quantum ad ſecundū ſciēdū
ꝙ cor filioꝝ perforatur quintuplici haſta
diuinę vltionis·qui ſuos pentes ꝑturbāt
vel eorum indigentias nō ſubleuant·aut
eorum mandatis ꝑtinaciter recalcitrant·
Primo punientur ī rerū tꝑalium ſubtra-
ctione. Nam diuino iudicio digne talib⁹
infortunia reꝝ eueniūt·qui ſuis pentibus
cōtra ꝑceptum diuinū in ſuis indigentijs
non ſuccurrūt. Ergo tales mali filij ſępe et
frequenter depauperātur·et diuitijs ſuis
priuant᷑·⁊ hoc demeruerūt in parentibus
qꝛ tales filij qn̄qꝫ captiuant᷑·vel quādoqꝫ
etiam ſpoliantur a raptoribus·vel etiam
qn̄qꝫ bona ipſoꝝ igne cōburunt᷑·vel etiaꝫ
equi vel vaccę moriuntur illis ꝓpter inho-
norationem pentum. Exemplum legitur ī
dialo. Ceſarij de vno q̄ inhonorauit ma
trem ſuaꝫ·cui ⁊ omnes pueri eius in breui
defuncti ſunt. Secūdo ſi filij ſupuixerint
tunc ꝯtingit qn̄qꝫ ꝙ talis in ſenectute ſua
pueros ſuos ſibi duros inueniat·et h̄ mul
totiēs iuſto iudicio dei ꝑmittitur. Tertio
puniuntur ī corpe ꝓprio·⁊ qn̄qꝫ tales filij
incurrūt cęcitatem. Vn̄ Greg⁹. Meretur
cęcitatis ſuę ſubire ſupplicium·q̄ pentum
vultus toruo viſu reſpexit·⁊ elatis oculis
lęſerit pietatem. Iteꝫ qn̄qꝫ incurrūt clau-
dicationem arriditatem ⁊ infirmitates di
uerſas·qꝛ non ſeruierūt pentib⁹ cū corpore
qđ ab ipſis receperunt. Quarto qn̄qꝫ pu
niunt᷑ per abbreuiationē vitę tꝑalis. Naꝫ
ſicut ꝑmium pentes honorantium ē vitę
longeuitas·vt habetur Eccl.iij. Qui ho
norat patreꝫ ſuū·vita viuet lōgiori. Vn̄
etiam dicitur Exo.xx. Honora patrem ⁊
matrem vt longeu⁹ ſis ſuper terram. Sic
a ſenſu ꝯtrario ipſos dehonorantiū ē vitę
breuitas·qꝛ plurimuꝫ tales filij ꝓterui im-
prouiſa ⁊ ſubitanea morte moriūtur. Vn̄
pš. Subito defecerūt ⁊ perierunt propter
iniquitatem ſuā. Quinto punient᷑ eterna
morte·h̄ eſt malū ſup omne malū. Vnde
Exo.xx. Qui maledixerit patri vel matri
morte morie᷑·ſupple ęterna·nec mirum ſi
tales reputant᷑ indigni vita ꝑſenti quę eis
diuino iudicio repētine ſubtrahit᷑·cuꝫ tn̄
alijs peccatorib⁹ vita ad pęnitētiā ꝯcedit᷑
Ex h̄ pōt rationabiliter colligi quant⁹ ſit
reatus trāſgreſſionis illi⁹ q̄rti ꝑcepti·vbi
de⁹ ꝑcepit pentes honorare. Nā tales pa
rentes ſuos dehonorātes·⁊ infidelitatem
ipſoꝝ oſtēdentes·qn̄qꝫ puniūt᷑ a deo h̄ in
ꝑſenti vita. Unde legitur in dialo. Ce Y
ſarij·ꝙ quidaꝫ diues cum vxore ſua ceſſit
omnib⁹ bonis vnico ei⁹ filio vt ille ſpōſaꝫ
duceret ditiorem·et filius promiſit patri
⁊ matri ꝙ ipſis abundāter q̄diu viuerēt
ꝓuidere vellet. Et tn̄ poſt aliquod tēpus
poſtq̄ deſponſaſſet aliquam iuuenculaꝫ·
ipſa cepit habere diſplicentiā de antiquo
patre ⁊ matre mariti ipſius·⁊ induxit ma-
ritum ſuum vt locaret parentes ſuos extra
domuꝫ ſeꝑatim. Sic itaqꝫ patre ⁊ matre
ſeꝑatim habitātibus·primo ſatis abun-
danter ꝓuidit ipſis filius·tandem clauſit
viſcera pietatis·nimiſqꝫ tenaciter eis pro-
curauit·quodā igit᷑ die dn̄ico vidit mater
carnes ferri in domuꝫ filij·⁊ marito dixit·
diu eſt ꝙ parum comediſti de carnibus·
tranſi hodie in domum filij tui et inuenies
ibi bonam aſſaturam·⁊ bonum prandiū.
Tempore igitur prandij pater venit pul-
ſans ad hoſtiū·ſtatimqꝫ filius impijſſim⁹
aſſaturam quam iam ad comedendum in
partes diuiſerat·infra menſam abſcōdit·
Intrante autem patre interrogauit filius
quid vellet·qui ait: volebam hic prādere
putans hic aliquid boni paratuꝫ eſſe. Ait
filius: vides quid hic habemus·accipe du-
os denarios et emi tibi ⁊ matri meę vt co-
medatis. Exeunte autem patre·hoſtium
clauſum eſt·⁊ aſſatura repoſita eſt ad mē-
ſam·cuius fruſtum cū ad manducādū ori
applicaret verſum ē in bufonē inſilientem

in faciem eius ⁊ ſic ei adheſit vt pedes ſuperiores cum duabꝰ maxillis vna caro fieret ⁊ reliquum corpus bufonis coram ore ipſius dependeret. ſtatimqꝫ vocato pſbytero indicauit ſibi plagã dei. q̃ pſbyter p̄ſentauit eũ archiepõ. cui peccatũ ſuum cõfitẽs ⁊ rem geſtã ꝑ ordinẽ narrãs: Archiepũs iniunxit ei ꝓ pñiẽtia. ut pergeret ad oẽs maiores villas ⁊ ciuitates frãcie. ⁊ cõuocatis iuuenibꝰ et pueris factũ narraret. ne quiſqꝫ de cetero auderet pentes ꝯtẽnere. ſicut p̄cepit dñs in q̃rto p̄cepto eos honorarent. nec inde bufo receſſit. ſcꝫ a facie ſua ⁊ collo ſuo. ſꝫ cũ comedẽte comedebat. ⁊ quotiẽs ei cibaria ſubtrahebãt̾ ul̾ adhibebãt̾ inſtrumẽta qͥbꝰ deponi poſſet. collũ eius ſtringebat vt intumeſcente iam facie oculi eius de ſedibus ſuis mouebãt̾. Tredecim aũt ãnis ſic vixit nec liberari potuit Eo quoqꝫ tp̄e frater iohãnes de magno ponte ordinis p̄dicatoꝝ. vidit illũ pariſiꝰ cũ alijs multis pueris ⁊ hominibus.

## ¶ Dominica prima poſt octauas epiphanie. Sermo .xxv.

Nuptie facte ſunt ĩ chana galilee. Et erat mater ieſu ibi. Ioh. ij. Quis heretici miſeri mentiant̾. dicẽtes: carnale matrimoniũ eſſe illicitũ: coꝝ nãqꝫ falſitas manifeſte apparet. Si eni illicitũ eſſet. nec deꝰ ipſum in paradiſo inſtituiſſet. nec d̾ virgine matre deſponſata naſci voluiſſet. nec ipſum nec ſua ⁊ matris ſue ⁊ diſcipuloꝝ ſuoꝝ p̄ñtia ⁊ miraculo decoraſſet. Unde Beda. Dñs intereſſe voluit nuptijs. vt ſtatũ matrimonialẽ ſua p̄ñtia cõprobaret Approbauit aũt ſtatũ ipſũ virginalẽ. ĩ eo qꝛ de ĩtemerata virgine naſci voluit. Approbauit ⁊ ſtatũ vidualẽ ĩ eo qꝛ annã viduã bñdicere dignatꝰ fuit. Nec reſtabat aliud niſi vt ſtatũ cõiugalem ſimiliter approbaret. vt ꝑ hoc daret̾ ĩtelligi. qꝛ ĩ quolibet iſtoꝝ ſtatuum põt ſaluari homo. Et tñ gradus in iſtis tribus ſtatibꝰ. ſm̄ Bedam inueniũt̾. Bona ẽ inquit caſtitas cõiugalis. melior ꝯtinẽtia vidualis. optima ꝑfectio virginalis. Sed p̄ſens euãgelium dicit de ſtatu matrimoniali. Unñ ĩ p̄ſenti ſermone tria ſunt dicenda: Primo quõ deus matrimonium honorauit. Secũdo quõ illi viuere debent q̃ ſunt in matrimonio ꝯſtituti. Tertio exemplũ. Quantũ A ad primũ ſciẽdũ qꝛ deꝰ matrimoniũ honorauit Primũ in hoc qꝛ ipſe ꝑ ſe illud ĩſtituit Et qñtũ ad hoc. tũc ordo matrimonialis p̄cellit alios ordines. Nã ſicut ſanctꝰ Benedictus inſtituit ordinẽ nigꝝ. Et ſanctuſ Frãciſcꝰ ordinẽ minoꝝ. ⁊ ſanctꝰ Dominicus ordinẽ p̄dicatoꝝ. ſic deꝰ inſtituit matrimoniũ. Et nota ſm̄ iuriſtas duo eẽ genera monachoꝝ. ſcꝫ albũ ⁊ nigꝝ. Secũdo inſtituit matrimoniũ in loco digniori qui ſub celo ẽ. hoc ẽ in paradiſo. q̃ ẽ locus amenĩſſimus. Tertio inſtituit matrimonium ĩ ſtatu ſolẽniori ſcꝫ ĩ ſtatu innocẽtie. Quarto honorauit matrimoniũ in hoc. qꝛ naſci voluit d̾ beata virgine que fuit in matrimonio cõſtituta. Quinto in hoc qꝛ p̄ſens eſſe voluit in nuptijs cũ matre ⁊ diſcipulis ſuis. Hic introduc iſtũ textũ euãgelij. Et ibi oſtendit potentiã ſue diuinitatis. mutando aquaꝫ in vinũ in ꝯſpectu ſuoꝝ diſcipuloꝝ. Sexto honorauit matrimoniũ in hoc qꝛ eſt vnũ ſacramentũ de ſeptẽ ſacramẽtis eccl̾ie. ⁊ qꝛ deꝰ matrimoniũ tã ſolenniter honorauit. expedit oĩno qꝛ hoĩes q̃ ĩ ſtatu matrimonij ad regnũ celorũ deſiderant venire deũ in mr̄imonio rehonorent.

Pro quo ſciendũ q̃ñtuꝫ ad ſcd̾am ptẽ B iſtiꝰ ſermonis. qꝛ ſeptem debẽt hĩe viuẽtes ĩ matrimonio. vt ſaluẽt̾ ĩ ſtatu matrimonij. Primo debẽt habere dilectionem ad ſeinuicẽ. Eph. v. Uiri diligite vxores veſtras. ſicut ⁊ chriſtꝰ dilexit eccl̾iaꝫ. ⁊ ſeipſũ tradidit ꝓ ea vt illã ſanctificaret. Sꝫ q̄ritur qualis debet eſſe dilectio inter virum ⁊ vxorem ſuam. Rñdeo qꝛ dilectio viri ad mulierem ⁊ econuerſo. debet excedere omnem dilectionẽ huius mundi. et hoc ſignificat̾ in anuli ſubarratione. Ille eni anulus ſignificat cõiunctionem viri et mulieris. ⁊ amorem eorũdem. Debet enim anulus ille eſſe aureus et rotundus. ⁊ in quarto digito poſitus. Aureus ideo debet eſſe

quia ſicut aurū excedit omne metallū·ſic
amor ille ceteros amores huius mūdi ha/
bet excedere. Unde Gen̄·ij·dicitᷣ ꝙ Adā
poſt creationē Eue dixit: Hoc nunc os ex
oſſibus meis·ꝗobrē relinquet hō patrē
⁊ matrem ⁊ adherebit vxori ſue. Queritᷣ
vtrū vir tenetur plus diligere vxorē ꝗ̄ pa/
rentes: Rn̄deo ꝙ ſic·ſed plus debet hono
rare parentes. Secundo anulus debet eē
rotundus ad oſtendendū ꝙ amor ille de/
bet habere perpetuitatē·ſic ꝙ nunꝗ̄ finiatᷣ
niſi per mortem·imo etiā poſt mortem de/
bēnt ſe diligere·ſic ꝙ vnus ſubueniat alte
ri per ſuffragia. Tertio in quarto digito
debet eſſe poſitus·vt oſtendatur ꝙ amor
ille debet habere ꝯcordialitatē. Dicūt enī
phyſici ꝙ quedam vena ꝓcedit a corde in
quartū digitum·ergo anulus ille ponitur
in quartū digitum·vt amor coniugū ſit fi/
C delis ⁊ cordialis. ¶ Sed diceres in q̄
vir debet oſtendere dilectionē vxori. Re/
ſpondeo: Primo in hoc ꝙ neuter cōiugū
debet alterū iniuſte turbare nec verbo·nec
facto·j·Petri·iij·Viri ſimilitᷣ cohabitan
tes ſcḋm ſciētiā quaſi infirmiori vaſculo mu
liebri impartiētes honorē tanꝗ̄ ⁊ cohere/
dibus gratie vite vt non impediantᷣ ora/
tiones veſtre. Unde apl̄s ad Col·iij·Vi
ri diligite vxores veſtraſ·⁊ nolite amari eē
ad illas. Contra hoc faciunt qui raro vel
nunꝗ̄ aliqḋ verbū amicabile loquūtᷣ ſuis
vxoribus. Item ſecundo in hoc ꝙ ipſa vx/
or in oībuſ debet ita bene habere poteſtatē
quo ad neceſſaria vite ſicut ipſe vir·qꝛ ſcḋm
dictum chriſti: iā non ſunt duo ſed caro
vna. Et ſicut membrū vnū condiuidit cū
alio·ſic vir cum vxore ⁊ econuerſo·imo cū
ipſa mulier pregnans eſt vel in puerperio
iacens·tunc vir deberet ſibiipſi ſubtrahere
⁊ vxori ſubuenire·⁊ hoc ꝓpter puerum quē
lactare debet. Sed diceres·quō vxor de/
bet oſtendere charitatē viro ſuo. Reſpon/
deo p̄mo in hoc ꝙ ipſa debet honorare vi
rum·per exemplū Marie·vt habetᷣ Luc·
ij·vbi dixit Maria ad puerū Jeſum qñ
īuenit eū in templo: Ecce pr̄ tuꝰ ⁊ ego do/
lentes querebamꝰ te·vbi p̄mo noīauit Jo
ſeph ipſum honorādo·vt in hoc exemplū

daret vxoribus honorandi viros ſuos.
Contra hoc faciūt ille vxores que contem/
nunt viros ſuos vel ꝓpter antiquitatē·vel
ꝓpter infirmitatē·vel ꝓpter paupertatem·et
ſic de alijs. Sed ipſa beata virgo ꝗ̄uis eēt
iuuenis ⁊ pulcra ⁊ nobilis·tamen ipſa ho/
norauit Joſeph qui erat paup. Secūdo
in hoc ꝙ debent obedire ſuis maritꝪ in oībꝰ
j·Petri·iij·Mulieres ſubdite ſint viris.
Item dixit dn̄s ad Euā. Gen̄·iij·Sub
poteſtate viri eris. Ergo mulier exiſtēs in/
obediens viro ſuo ꝑtinacitᷣ ⁊ ex cōtemptu
grauiter peccat. Un̄ dicitᷣ in decre·Vxor
ſit ſubdita viro·xxxiij·q·v·Hec imago.
¶ Secundū qḋ debent habere in ma/ D
trimonio conſtituti eſt·ꝙ pacifice debent
ſimul viuere ſicut angeli in celo. Et hoc eſt
valde acceptum coram deo ⁊ hoībꝰ·⁊ ipſis
vtile·nam deus habitat cū eis. Ps̄. In
pace factꝰ eſt locꝰ eiꝰ. Matth·xviij·Ubi
duo vel tres congregati fuerint in nomine
meo·ibi in medio eorū ſum ego·⁊ ꝓſperabuntᷣ
in oībus inꝗ̄tum eſt ꝓ ſalute anime
Si autem litigant inſimul·tunc diabolus
habitat cum eis ⁊ regit eos·⁊ īfortunia ac
cedunt. Nam vbi non eſt deus·ibi nulla
ſalus. Si alter coniugū eſt malus ⁊ iracū/
dus·impatiens·venenoſus vt ſerpens·diſ/
cors vt diabolus in inferno·tunc alter de/
bet eſſe patiens·⁊ deo offerre patientiā ſu/
am ꝓ peccatis ſuis·⁊ ſic ille malus purga/
bit eum a peccatis ſuis·⁊ erit hic diabolus
illius·vt in inferno alij diaboli nullam po/
teſtatē in eo exerceant·qꝛ ſcriptū eſt: Nō
punit deus bis in idipſum. Unde etiam
dn̄s dicit ꝑ ꝓphetam: Afflixi te·ſcꝫ in p̄ſen
ti·non affligam te vltra ſcꝫ ī futuro. Un̄
ſciendū ꝙ mulieres habent voces lenes et
ligant collum cū peplis mollibꝰ·in ſignū
ꝙ dulciter reſpondere debent ſuis iracūdiſ
viris·⁊ temperare cum mollibꝰ ſuis reſpon
ſis maliciam ⁊ iracundiam ſuoꝝ malorū
virorum·quia quicquid proba ⁊ honeſta
mulier ſuſtinet a prauo marito ſuo patien
ter·erit ei meritoriū apud deum. Matth·
v·Gaudete in illa die·qm̄ merces veſtra
copioſa eſt in celis. Nā quot plagas vel
etiam mala verba patienter ſuſtinet·tot

co:onas habebit. Si aūt ē ꝑuerſa ⁊ rebel/
lis· ⁊ iracūda· ⁊ vir bonus ⁊ pius· tūc ipſa
cū demōib⁹ torquebit̄ in inferno· ⁊ vir bo/
nus ⁊ pius regnatur⁹ eſt cuꝫ ſanct̄ in celo.
Nam eſt graue pondus ſuſtinere mulierēꝫ
litigioſam. Eccl·xxv· Non eſt ira ſup iraꝫ
mulieris. Si aūt ambo ſunt in culpa ⁊ am
bo litigioſi ⁊ iracūdi· ambo dānabunt̄·et
diabolus hic habitat cū eis· ⁊ ipſi in futu/
ro habitabūt cū eo in inferno ·qui h̄ ſimul
viuūt in mr̄imonio ſicut canis ⁊ catt⁹·gal
lus cū gallo·qui tn̄ qn̄qꝫ manſueſcūt ex cō
tinua cohabitatione ·ita ꝙ ⁊ poſtmodum
qn̄qꝫ pacifice ſtant. Sed illi q̄uis ratione
fruantur· ⁊ q̄uis ſociale aīal ſit hō·tamē ꝑ
longū tps aliqn̄ ſcꝫ per tres vel q̄ttuo: an/
nos non pn̄t mā̄ſuefieri·nec addiſcere pa/
cifice viuere. Et ſic qn̄ illi in mr̄imonio ſi/
mul conſtituti litigant · de hoc letant̄ de/
mones·q: nihil ſimilius actib⁹ demonū q̄z
litigare· ⁊ tales duram vitam ducūt · ⁊ in/
felices ſunt hic ⁊ ī futuro· Vn̄ Prouerb·
xvij· Melio: eſt buccella ſicca panis cum
gaudio·q̄ꝫ dom⁹ plena victimis cū iurgio

E ¶ Ultimo querit̄ vtrū vir ꝑcutiēs vel
maledicens vxori ſue peccet mortalit̄. Re/
ſpondeo ſi cauſa correctionis·eſt bona ⁊ iu/
ſta· ⁊ tūc moderate eam ꝑcuſſerit· nō pec/
cat mortalit̄·q: ſuꝑio: habet corrigere infe
riorē·ſed vir eſt caput mulieriſ· ⁊ nō econū
ſo. Vn̄ in Gen̄·dixit dn̄s ad Euā: Sub
ptāte viri eris· ⁊ ipſe dn̄abit̄ tibi. Vn̄ etiā
in decre· Maritus debet vxori correctionē
ſiue diſciplinā ⁊ dilectionēꝫ·xxxv·q· vi·c·
vlt̄· Si aūt maritus ex vindicta ⁊ ira ⁊ ſi/
ne cauſa iuſta eam ꝑcutit·grauit̄ peccat·ſi
cut illi qui cuꝫ offenſi ſunt ab alijs ſiue in
tabernis·ſiue alias· ⁊ non poſſunt ſe vindi
care in eis ·tunc vindictam talem inferunt
ſuis vxorib⁹ ſine cauſa· ⁊ grauiter in h̄ deū
offendunt. Similit̄ qn̄ mariti ſ maledicit
vxori ſue ex ira ⁊ vindicta· ⁊ etiam qn̄ mu/
lier maledicit viro ſuo in occulto vel ma/
nifeſto poſtq̄ꝫ eam ꝑcuſſerit ambo grauit̄
peccant. Unde apl̄s·j· Cori·vi· Neqꝫ ma
ledici neqꝫ rapaces regnū dei poſſidebunt
Vn̄ Gen̄·xxvij· Qui maledixerit t̄ ſit il/
le maledictus. Unde exemplū ꝙ viri non

debent maledicere ꝓp:ijs vxorib⁹· nec ecō/
uerſo vxo: marito . Refert enī Ceſarius ī
dialo·ꝙ quidam vir ex vindicta ⁊ ira di/
xerit vxori ſue· vade in noīe diaboli· ⁊ dia
bolus ſtatim eam intrauit ⁊ eam grauiter
vexauit· de quo vir multū contriſtat⁹ fuit·
⁊ amplius ſe nūq̄ꝫ vxori vel alicui hoī nec
alicui creature maledicē ꝓmiſit . Tertiū
qd̄ debent in mr̄imonio habere eſt ꝙ vnuſ
non deſinat ab alio·nec frangat fidelitatē
⁊ ꝓmiſſū cōmittēdo adulteriū· Q aūt ma/
gnū peccatū ſit adulteriū ⁊ quō punientur
adulteri· q̄re infra ſmo·lxxxv· Quar
tum qd̄ debent habere ī mr̄imonio eſt·ꝙ
debent eſſe patiētes in laborib⁹ vt ſcꝫ vnuſ
iuuet aliū vt iuſta bona cū ſuis laboribus
acquirant ⁊ poſſideant. Ideo ſimul in iu/
uentute conueniūt· vt fortit̄ laborēt ꝓ vi/
ctualib⁹ ⁊ neceſſarijs· ⁊ ſic laborādo ſūt be/
nedicti a dn̄o. Vn̄·ps· Labores manuuꝫ
tuarū q: manducab̄ ⁊c. Item in educatio
ne filioꝝ debent eē patiētes ⁊ ſe mutuo iu/
uare ¶ Unde querit̄ vtrū labo: merito/ F
rius ſit·quē parentes habent cum pueris.
Rn̄deo ꝙ ſic dūmodo talis intentio ſit in
parētib⁹·ꝙ intendūt pueroſ nutrire ad ho
norem dei· vt boni ſerui chriſti fiant· ⁊ cum
ipſi parentes ſunt in gr̄a· tunc oēs labores
quos habent cū pueris cedūt eis ad meri/
tum·ſ·lactando·balneādo·portādo· ⁊ in/
uoluendo·leuando· cibando· vigilando·
informādo· ⁊ corrigēdo qn̄ delinquunt ne
deū amplius offendant· iſta oīa erunt eis
meritoria. Similit̄ ⁊ pat̄ qui ſollicitudinē
⁊ laborē ſuſtinet ꝓ vxore ⁊ pueris nutrien/
dis. Oīa talia ſunt ſibi meritoria ad vitā
eternā: Vn̄ apl̄s. Scim⁹ qm̄ diligentib⁹
deum ⁊c. ¶ Quintum qd̄ debent habe G
re in mr̄imonio eſt tꝑantia ⁊ honeſtas in
actu coniugali. Pro quo ſciendū ꝙ act⁹
coniugalis ſiue mr̄imonialis fit ꝑ ſex mo/
dos. Primo fit cauſa prolis procreande
ad cultum dei· ⁊ hoc eſt opus pietat̄ ⁊ nul/
lum peccatū ſed potius meritoriū . Unde
Gen̄·iij·dixit dn̄s ad Adam ⁊ Euā: Cre
ſcite ⁊ multiplicami ⁊c. Secūdo fit cauſa
reddendi debituꝫ· ⁊ hoc eſt actus iuſticie.
Vn̄ apl̄s. Vxori vir debitū reddat·quia

q̄libet ĩ mr̃imonio ꝯſtitut⁹ tenet̃ reddere de
bitum cum ab eo exigitur ꝓ loco ⁊ tempe.
Et ſi hoc ex contemptu dimitteret grauit̃
peccaret· ⁊ tali modo actuſ mr̃imonialis·ſ·
ad reddendũ debitũ ꝓ loco ⁊ tpe nullũ eſt
peccatũ ſed potius meritoriuꝫ. Tertio fit
cauſa fornicatiõis vitandę·non in ſe ſed ĩ
ipſa coniuge· ⁊ hic actus etiã eſt licitus et
nullũ peccatũ·nõ tamẽ videt̃ habere ratio
nem meriti· ⁊ iſto modo parẽtes antiq̃ vſi
ſunt actu coniugali cũ magno timore dei·
⁊ cũ magna mentꝭ puritate·ſolum intendẽ
tes in eo diuini cult⁹ ꝓpagationẽ. Quar/
to fit cauſa delectatiõis· ⁊ tunc diſtinguit̃
q: vel illam delectationẽ exercent affectu
mr̃imoniali·aut fornicario· ſi mr̃imoniali
vtputa ſi dlectatio ſiſtat infra t̃inos mr̃i/
monij ita q̄ eam non cognoſceret ſi vxor
eius non eſſet· ſic ſolum peccat venialiter.
Si aũt fornicario· vtputa q̄ affectus de/
lectationis ⁊ cõcupiſcẽtię fert̃ extra termi/
nos mr̃imonij·ita q̄ eam cognoſcere vel/
let etiam ſi vxor eius non eſſet·tunc peccat
mortalit̃·quia amor iſtius delectatiõis ꝑ/
ponit̃ ipſi deo. Quinto cõmittit̃ act⁹ mr̃i/
monialis qui dicitur impetuoſuſ· ⁊ eſt ille
actus qui ex ſola libidine ꝓueniẽs metas
honeſtatis ⁊ rõnis tranſcendit·qđ fit ꝑmo
ratiõe faciendi libidinẽ p meretricias blã/
dicias·aut cauſa explendę libidinis·vt cũ
quis vtitur calidis ⁊ incentiuis vt poten/
tior fiat in actu·vel cũ conat̃ facere vt mul
tum appetat·tunc credo eũ mortalit̃ pecca/
re·xxxij·q·iiij· Origo. Sexto cũ contra na/
turam vel vſum naturalẽ cognoſcit vxorẽ
ſuam· ⁊ tũc mortaliſſime peccat·q: oẽ aĩal
naturã ſuã ſeruat.ſic etiam debet hõ. Nõ
enĩ debet homo eſſe ſicut equus ⁊ muluſ ⁊c.
Iſtud eſt maximũ pctm̃·ita q̄ ꝑdicator ꝓ
pter ſui turpitudinẽ nõ audet tale noĩare·
imo inter oẽs ſpẽs luxurię eſt peſſima. Nã
q̄nq: ſunt ſpecies luxurię· ſcilicet ſimplex
fornicatio·ſtuprum·adulteriũ· inceſtus·et
peccatũ contra naturã·qđ eſt peſſimũ pec/
catum. Unde Greg⁹· Grauiſſime peccãt
adulteri·ſed grau⁹ inceſtuoſi· ⁊ oẽs tranſ/
cendunt cõtra naturã delinquẽtes. Aug⁹
Valde deteſtabile eſſet q̄ mulier eſſet ar/
mata gladio ⁊ vir fuſo. Iſtud peccatũ cla/
mat in cęlũ ꝓpter ſui enormitatẽ· ⁊ eſt ma
ius q̃ ſi quis cũ ꝓpria mr̃e peccaret · vnde
caute eſt đ peccato iſto loquendũ ne q̇s in
hoc ſcãdaliçet. ¶ Item ſciendũ q̄ q̇nq: H
ſunt tpa in q̇b⁹ ab actu mr̃imoniali abſti/
nendũ eſt. Primũ eſt tẽp⁹ q̄dragesima
le ante paſca·q: tũc legit̃ in capite ieiunij.
Egrediatur ſponſus de cubili ſuo. Et me/
rito q: ſic̃ q̇s ieiunat a cibo corꝑali· ſic eti/
am debet ſe abſtinere a delectatiõe carna/
li·vnde vt ipſi peccatori a deo dimittatur
qđ illicite contra deũ p totum annũ viuẽ/
do cõmiſit·per illud ſacrũ temp⁹ ſibi etiaꝫ
abſtrahere debet licita. Vñ etiã Berñ·in
ſermo·de ſanctificatiõe ieiunij. Naꝫ in eo
q̄ ab ipſis licitis abſtinem⁹·ea nobis illici/
ta condonant̃ quę prius cõmiſim⁹. Unde
Amb· Nullus oĩno in q̄dragesima vxori
ſuę ante octauas paſcę iungat̃. Secun/
dum temp⁹ eſt q̄ttuor tempoꝝ ⁊ dies ro/
gationũ·q: tunc rogat ſancta eccleſia pro
magniſ ⁊ arduis cauſis. Primo rogat de
um vt bella cedant quę in vere frequenter
incipiunt. Secũdo vt teneres fructus de⁹
nobis conſeruet ⁊ multiplicet. Tertio vt
ad receptionẽ ſpũſſancti habilitem̃. Aug⁹
Tempe ꝓceſſionis ⁊ ieiunioꝝ non licet cõ/
iugibus cõuenire·quia tunc a licitis abſti/
nendum eſt·vt facilius impetret̃ qđ poſtu/
latur. ¶ Tertium eſt temp⁹ ſacroꝝ die/ I
rum ⁊ noctiũ. Unde Greg⁹·in ·ii· dialo·
dicit q̄ quędam legitima a viro ſuo ĩ ſab/
bato de nocte cognita· ⁊ cum die dñico ꝓ/
ceſſioni ſe cõiungeret a diabolo arripieba
tur coram oĩ populo· ⁊ multum torqueba/
tur ⁊ vexabatur ab eo. Quartũ eſt tem/
pus infirmitatꝭ fęmĩarũ · id ẽ· tẽpore men/
ſtrui·quia vt dicit Hiero·q̄ ſępe tũc cõci/
piunt̃ pueri mẽbris condẽnati vel leproſi
⁊ in illis tũc patebũt pctã parentũ. Vñ eti
am dĩ in decre· Vxor non debet cognoſci
tpe menſtrui·vel ante purificationẽ puer/
perij·diſ·v· Ad eius. Quintũ eſt tps ꝑ/
gnatiõis·ſ·qñ mulier eſt vicina partui· ⁊ in
fra dies purificatiõis. Vñ querit̃ vtrũ li/
ceat debitum reddere vel exigere tpe pre/
gnationis. Rñdeo ẜm Petrũ. Si eẽ pôt

ſine periculo abortus reddi poteſt etiam ſi-
ne peccato mortali exigi poteſt·qꝛ vſus ma
trimonij nō tm̄ in officiū eſt·ſꝫ etiā in reme
diū. Si ſꝫo eēt piculū pueri ī vtero exn̄tis
nō debet exigi nec reddi·qꝛ ī mrīmonio pn
cipaliorinſtitutio ē plus ī officiū qꝫ in re-
mediū. Similit̄ poſt partū·i·an̄ purificati-
onē nō licet eos cōuenire. Vn̄ Aug⁹. Si
quiſ mulieri cōmiſcet̄ in puerperio·peccatū
valde magnuꝫ ꝑpetrat· qꝛ mulieres qn̄qꝫ
ex ſꝫ nō pariūt amplius·qꝛ ſemē viri cum
ſanguine mortificat̄·ꝛ ſꝫ maxime cōtingit
ſi infra decē dies cōueniūt. O q̄t pueri ſic
negligunt̄· de quibꝫ parētes tales redditu
ri ſunt rationē. Et valde abſurdū ē· ꝙ ho
mines rōnales ſꝫ tpſ nō ſeruāt·cū beſtię ir-
rationales illud ſeruāt. Vn̄ Ariſto·li·ij·
de aīalibꝫ·dic̄· Fęmina eleuātꝗ impͣgnata
a maſculo oīno nō tangit̄ ꝛ poſt partū qui
eſcit ꝑ trienniū. Idē. Nullū aīal p⁹ ɔceptū
fetū admittit coitū ꝑter mulierē ꝛ equam.
Vn̄ etiā dic̄ Aug⁹. ꝙ qui tpa ꝑdicta nō
ſeruāt·ꝙ tūc tales pueri qui tūc concipiūt̄
efficient̄ epilentici·cęci·claudi·ſurdi·ꝛ ſtul-
ti·ꝛ tūc patebūt pctā parētū iſtorū in pue-
ris. Queritur vtrū peccent cōiuges exigēdo
vel reddēdo debitū in ſolēnitatibꝫ ꝛ ieiu-
nijs. Rn̄deo ſm̄ Raymū. Exactus debet
reddere niſi caute ꝛ ſine periculo poſſit dif-
ferre. Exigere tm̄ nō debent in ꝑdictis tem
poribus·j·Cori·vij· Nolite fraudare inui-
cem niſi forte ad tpſ de conſenſu vt vaceꝗ
orōni. Nam ꝑ dies ꝓceſſiōis ꝛ ieiuniorum
cōuenire nō debēt·qꝛ etiā a licitꝗ abſtinēdū
eſt vt facilius impetrari poſſit qꝺ poſtulat̄
xxxiij·q·iiij·Chriſtiano. Idem dī de tpibꝫ
feſtiuis·xxxiij·q·iiij· Quotieſcūqꝫ. Itaqꝫ
qui reddit illis tpibꝫ non peccat·ſed q̄ exi-
git aliq̄ īfirmitate· vtputa ɔcupiſcētia du
ctus·ſine contemptu tpis ſacri ſeu eccl̄iaſti
cę exhortatiōis vel ordinationis·veniał̄ t̄
tm̄ peccat. Concordat cū his ſctūs Tho.
Sed ex iſtis elici pōt ꝙ qui ptinacit̄ vel ex
contemptu tpis ſacri vel ordinatiōis eccle
ſię exigit debitū peccat mortalit̄. Sed non
ille qui reddit debitū cū tm̄ potius ob reue
rentiā dei ꝛ ſanctoꝝ abſtineret. Ergo acri
ter arguendi ſunt illi ptinaces ꝛ obſtinati

qui temere exigūt debitū illis diebꝫ ſine oī
timore dei. Sextū eſt ꝙ debent ſibijnui-
cem eſſe fideles in tpalibꝫ. Ambo enī debēt
eſſe dn̄i ſuarū rerū exemplo apl̄oꝝ chriſti·
de quibꝫ legit̄ Actꝗ·ij· Et erant illis oīa cō
munia. Item ſicut angeli in cęlo oīa habēt
cōmunia·ſic ꝛ illi ī mrīmonio cōſtituti de
bent habere oīa cōmunia·qꝛ ſicut chriſtus
dicit in euāgelio. Math·xix· Jam nō ſūt
duo ſed vna caro·ſ·vir ꝛ vxor. Non ergo
tpalia inter ipſos debent eſſe diuiſa. Con
tra hoc faciūt illę mulieres quę furant̄ virꝗ
ſuis·ꝛ illa ſic furata expēdūt ſcꝫ in ſupbia·
vt in peplis ꝛ in cingulis·ꝛ in alijſ ornatibꝫ
Et qn̄ ipſe vir eſt in remotꝗ partibꝫ ſcilicet
in mercantijs vel in alijs ſuis negocijs·tūc K
ipſa vxor in domo intēſt cōuiuijs. ¶ Cir
ca qꝺ querit̄ vtrū mortaliter peccet vxor
furādo aliquid marito ſuo. Rn̄deo ſi mu-
lier expendit illud ad aliqꝺ opus peccādi·
ſicut ſi daret vni hoc cauſa alliciēdi eū ad
turpem actū·ſic peccaret mortalit̄. Et ille
qui ſic recipit talia munuſcula ꝓpter taleꝫ
turpem actum a tali muliere tenet̄ in foro
conſciētię reſtituere marito ipſius mulierꝗ·
Et contra hoc faciūt illi mariti qui perlu-
dunt bona ſua·vel in tabernis ſe inebriant
ꝛ ſic male expendūt bona ſua de quibꝫ vx-
or cum pueris ſuis viuere deberet. Sꝫ nō
ſic faciendū eſt probo ꝛ honeſto ꝛ diſcreto
viro·ſed debet ſecum ferre vinū vel aliqꝺ
ſimile ad domū ꝛ bibere cum vxore ſua ꝓ-
pria·ꝛ poſt hoc regratiari deo oīpotenti q̄
eum ſic potauit ꝛ cibauit. Item repꝛhendē-
di ſunt illi parci viri qui recludūt oīa bona
ſua ab vxoribꝫ ſuis·nullam eis poteſtatem
ꝑmittentes· tanqꝫ ſint ancillę vel famulę
domuſ. Hoc illi facere deberent qui habēt
vxores tales ſuꝑ quales haberēt occaſio-
nem ſuſpitionis malefaciēdi. Sed qui ꝓ-
bas ꝛ honeſtas ꝛ deū oīpotentē timenteſ ꝛ
probatas vxores habēt·illis nō eſt facien-
da talis recluſio. ¶ Unde querit̄ ſi taliſ L
ꝓba ꝛ cōſciētioſa mulier aliquid furat̄ ta-
li parco viro ſuo·an etiam grauiter peccet
Rn̄deo ſi ipſa vxor illa bona furata vtilit̄
expendit·ſcilicet ad vtilitatē dom⁹ ſuę·vel
alias ad dei oīpotētꝗ honorem· nec oportet

eam habere conſcientiã in hoc ſi aliq̇d fu/
ratur·qd̉ tamẽ non eſt notabile nec infert
damnũ notabile ipſi marito Septimũ
qd̉ debent habere illi q̇ ſunt in mr̃imonio·
eſt debita ⁊ boneſta educatio filiorum·vt
eos ad bonũ ⁊ ad ꝟtutes iſtruãt·⁊ ſi qñq̃
excedunt ꝙ eos corrigant. De hͦ quere añ
ſermone·xxiij·L·Et videant ſignant̉ ꝙ iu
ſtas res ipſis filijs relinquãt. Nam q̇ iniu/
ſtas res ipſis filijs relinquũt·non ſolũ dã/
nant ſeipſos ſed etiã heredes cũ filijs ⁊ fi/
liabus qui ſcient̉ illas res iniuſtas poſſidẽt
M ¶ Unde Arnoldus in narratorio ſuo
dicit·ꝙ fuit miles quidam ſatis bone ⁊ ho
neſte vitę qui infirmat⁹ obijt. Et quidaꝫ
homo rapt⁹ in extaſi·vidit eundẽ militem
ſtantem in quadã ſcala in inferno locata·
⁊ queſiuit ab eo cur in talibꝫ penis ſtaret;
cuꝫ tamẽ libent̉ ieiunaſſet·oraſſet·⁊ lauda
bile teſtamẽtũ poſt ſe reliquiſſet Rñdit·ꝙ
ſolũ ꝓpter aliqua bona quę ab antiq̇s pa/
rentibꝫ eſſent ab eccleſia parrochiali alie/
nata p ſuos anteceſſores·⁊ qꝛ illa bona ec/
cleſię non reſtituit·ſed ea ſcienter poſſedit
idcirco damnat⁹ eſſet ⁊ decim⁹ in ordine ĩ
hanc ſcalam locatus. Et addidit quotq̇t
de parentela mea illa bona ſcient̉ poſſidẽt
ad hanc ſcalam ꝑuenient·vbi nulla eſt re/
demptio ſed ęterna damnatio.

## ¶ De eadeꝫ dñica Sermo·xxvi Quare aliquibus proſpere non ſuccedit in matrimonio.

N Uptie facte
ſunt ĩ chana galilee·⁊ erat ma
ter Jeſu ibi. Uocatus eſt au/
tem Jeſus ⁊ diſcipuli eius ad nuptias.
Joh·ij·Ex quo euangelium hodiernum
mentionem facit de matrimonio ⁊ nuptijſ
in quibus deus ⁊ homo chriſt⁹ Jeſus ſal/
uator noſter cũ beata virgine Maria ma/
tre ſua ꝑ̃ſentialit̉ exiſtens·cum vinũ defice/
ret aquã ĩ ſex hydrijs chriſt⁹ Jeſus ĩ vinũ
ꝯũtit. Uñ Beda. Diſcũbẽte ad nuptias
dño vinũ defecit·vt vino meliori p ipſũ
facto ob matris honorẽ ⁊ ſponſi cõſolatio
nem vt manifeſtaret̉ gloria latent̄ dei ĩ ho
mine. Unde ſicut iam in ꝑ̃cedenti ſermõe
dictũ eſt·quõ ſe habere debeant qui ſũt in
mr̃imonio ꝯſtituti·vt ęternã beatitudineꝫ
ꝓmereri valeant·ſic in ꝑñti ſermõe dicen/
dum eſt·quare aliquibꝫ nõ bene ſuccedit ĩ
mr̃imonio cõſtitutiſ. ¶ Pro quo ſcien/ N
dum ꝙ huius ſeptem ſũt cauſę. Prima
cauſa eſt qñ quis cõtrahit mr̃imoniũ non
habens rectam intentionẽ. Sed diceres q̃
eſt recta intentio vel cauſa mr̃imonij. Rñ/
deo ꝙ mr̃imoniũ q̃druplici d̉ cauſa vel in/
tentione hoĩes contrahũt·quarũ tres ſunt
cauſę licitę ⁊ bonę·ſed quarta eſt mala et
diabolica. Primi contrahũt cauſa prolis
⁊ illa intentio eſt bona·⁊ debet eſſe p̉ncipa/
lior. Uñ Geñ·p̊·Creſcite ⁊ multiplicami
ni. Et etiam dicit̉ in decre·Matrimonij p̉
ma cauſa debet eſſe intentio ꝓlis·xxxij·q·ij
Pudor. Secũdi contrahũt ꝓpter ſolati/
um ⁊ adiutoriũ·tamẽ ſine cõmixtione cor/
porũ·ſic Maria ⁊ Joſeph cõtraxerũt mat/
moniũ·⁊ iſta intentio etiam bona eſt. Ter
tij contrahũt ꝓpter remediũ·vt qui natu/
raliter inclinati ſunt ad luxuriã ⁊ nolũt ca
ſte viuere·illi poſſunt cõtrahere mr̃imoniũ
ꝓpter peccatũ luxurię vitandũ. Nam quo
tienſ extra mr̃imoniũ actũ luxurię ꝑpetrãt
totiens mortalit̉ peccant. Uñ apl̉s. Pro
pter fornicationẽ ſupple vitãdã·vnuſq̇ſq̃
habeat ſuã vxorẽ. Item dicit. Melius eſt
nubere q̃ vri. Hic notat̉ infidelitas puero
rum ⁊ heredum·qui qñq̃ diſſuadent pa/
rentibus ne contrahant·ne ipſi tp̄alibꝫ re/
bus priuentur·cũ tñ ſciũt ꝙ ꝑntes nolũt ca
ſte viuere·nec intendunt ſeruare ſtatũ vi/
duitatis ſuę·tales pueri peccant mortalit̉·
quia plus diligunt illa tp̄alia q̃ animas
parentum ſuorum·⁊ potius volunt ꝙ pa/
rentes multa peccata mortalia faciãt·q̃ p̉/
uari illis bonis tp̄alibus. Et ſtult⁹ eſt pa/
ter ille qui ſcit ſe nõ poſſe caſte viuere·⁊ ta/
men nõ vult ꝓpt̉ pueros cõtrahere mr̃imo
niũ·quid enĩ tibi ꝓficit·ꝙ in inferno ęt̄na/
liter crucieriſ ꝓpt̉ pueros tuos? ¶ Unde O
legitur exemplũ de quodã diuite qui mul/
tas res iniuſtas poſſedit·⁊ volens experiri
fidelitatẽ filij ſui·petiuit ab eo vt amore ip
ſius digitũ ſuũ ad ignẽ poneret donec vnũ
ſolũ Aue Maria gratia ⁊c·diceret·vt ſic

cognoſcere poſſet vtrū eū paterne dilige/
ret· ⁊ filius cepit h̄ attemptare· ⁊ q̄ꝫcito ar/
dorem ignis ſenſit· digitū retrahebat dicēſ
ad patrē· q̇d te h̄ iuuaret ꝙ totū corp⁹ me/
um cremaretur· ⁊ pater ad filiū· q̇d tunc te
iuuaret ꝙ ꝓpter te eternalit̄ damnarer· et
ſic oīa iniuſta reſtituit ⁊ vitam in bono fi/
niuit. Quarti contrahūt cauſa ſatiādę li/
bidinis· nec deū pretendūt nec ſalutē ꝓpri/
am· nec ꝓles· ſed ſolū vt ſuę libidini ſatiſfa/
ciant· ⁊ cū illis eſt diabolus. Vnde dixit
angelus Raphael· vt habetur Tobię· vi·
Qui ita cōiugia ſuſcipiūt· vt deum a ſua
mente excludant· ⁊ ſuę libidini vacēt ſicut
equus ⁊ mulus· ſup hoſ demones habent
poteſtatē. Et talibꝫ qui ſic cauſa libidinis
contrahūt vix bene ſuccedit in m̄rimonio·
vt habet̄ in decre· Vix bono pagūt̄ exitu
q̄ malo inchoata ſunt ꝑncipio· diſ· lxi· mi/
ramur. Ergo quicūꝗ in m̄rimonio cōſti/
tutus tali intentiōe cōtraxiſſet· cōfiteri de/
beret vt ſic deum placaret· vt deus plagaꝫ
iracundię ſuę ab eo auerteret. Et ſic eſt di/
cendū de aliȷ̄s punctis infra poſitis vbi q̇ſ
ſe reū inuenerit. Secunda cauſa eſt qn̄
quiſ nō aſſumit ſibi parē in m̄rimoniū· ſic
qn̄ nobilis ducit ignobilem· iuuenis anti/
quam diues paupem in m̄rimoniuꝫ· ⁊ illi
qn̄ꝗ raro ꝯcordant ꝓpt̄ inequalitatē· er/
go quilibet debet ſibi aſſumere ſimilē. Vn̄
Ariſto· ꝑ· de ge· ⁊ cor· Similia ſe bene cō/
patiunt̄. Vn̄ ſciendū in illo caſu qn̄ iuue/
nis debet contrahere cū ſene· tunc meliuſ ē
ꝙ ſenex vir cōtrahat cū muliere iuueni q̄ꝫ
econuerſo. Et hoc ꝓpter prolem ⁊ talis mu/
lier honorare debet maritū ꝓpter ſeniū· ex/
emplo beatę Marię v̄ginis· quę Joſeph
antiquū ⁊ pauperē lignifabrū honorauit
P nec eum ꝓpter ſeniū deſperit. ¶ Tertia
cauſa eſt qn̄ quis cū illa contrahit quę vir/
ginitatē deo vouit· quia tunc ipſa ſponſa
chriſti effecta eſt· quē pręelegit pre oībꝫ ma/
ritis· ⁊ modo ſpernit ipſū ſcꝫ Jeſum Ma/
rię filiū· quē tamen ante ꝑelegit· qui etiam
eam in nullo offendit ſed ei oīa bona fecit.
Inſup ipſe eſt pulcerrim⁹· ditiſſim⁹· poten/
tiſſim⁹· māſuetiſſim⁹ ⁊c. Et ſic chriſt⁹ qn̄ꝗ
ꝑmittit ꝙ talis virgo quę ſibi infringit vo/
tum ꝓmiſſum· habebit virū iracundū· diſ/
formē· litigioſum· ebrioſum· luſorē· ⁊ blaſ/
phemū· ⁊ hoc ei in penaꝫ contingit· qꝛ ſper/
nit Jeſum chriſtū ꝑiſſimū· mitiſſimū· pul/
cerrimū· iocūdiſſimū· ⁊ mīcordiſſimuꝫ ⁊c.
Item ſciendū ꝙ qui ſcient̄ contrahit cū ta/
li virgine quę v̄ginitatē chriſto vouit pec/
cat mortalit̄· ⁊ oēs qui dant conſiliū auxi/
lium vel fauorem ad hoc ſcient̄ participes
erunt illius criminis. Quarta cauſa eſt
qn̄ quis cōtrahit tempore interdicti· vt ha/
betur· xxxiij· q· iiij· Non oportet ¶ Pro Q
quo ſciendū ꝙ tria ſunt tpa in anno in
quib⁹ ꝓhibitū eſt nuptiaſ celebrare. Pri/
mū eſt a dn̄ica ꝑma aduent⁹ dn̄i vſꝗ ad
octauas epiphanię. Secūdū eſt a ſeptua/
geſima vſꝗ ad octauas paſcę. Tertiū eſt
a tribus diebꝫ ante aſcenſionē dn̄i vſꝗ ad
octauas penthecoſtes. Qui aūt cōtrariū fa/
cit peccat mortalit̄ ſi hoc facit ex cōtemptu
⁊ ſine diſpenſatione. Et qꝛ nō poteſt deca/
nus in hoc diſpenſare ſ̄m ius canonicū· er/
go multo min⁹ plebanus. Quinta cau/
ſa eſt qn̄ quis contrahit cū vna quę verū
m̄rimoniū contraxit cū alio· ⁊ ſibi negauit
⁊ per iuramētū falſum hoc confirmauit· et
hoc eſt valde magnū peccatū· ⁊ tales in pe/
riculoſiſſimo ſtatu exiſtunt. Qđ trib⁹ mo/
dis probatur. Primo qꝛ quotiēs actum
m̄rimonij faciūt totiens adulteriū cōmit/
tunt· ſaltem qui ſcient̄ ſic cōtraxerūt. Se/
cundo· qꝛ oēs pueri de ipſis nati ſunt ſpu/
rij ⁊ illegitimi. Tertio qꝛ talis ꝑſona nūꝗ
pōt abſolui a pc̄tis ſuis niſi ī articulo mor/
tis· quę occulte cū aliquo verū m̄rimoniū
contraxit· ⁊ poſtmodū negauit ⁊ alium du/
xit· imo Guil· dicit· ꝙ talis compellend⁹ ē
ad ꝑmam redire. Et in ſignū hui⁹ clande/
ſtina m̄rimonia ſunt ab eccleſia ꝓhibita.
¶ Pro quo ſciēdū ſ̄m doctores ꝙ clā/ R
deſtina m̄rimonia duobus modis fiunt.
Vno modo cū quis occulte ⁊ ſine ꝑſentia
teſtiū contrahit ita vt exinde legitima pro/
batio non appareat. Ergo ſponſalia non
debent contrahi in ſtabulo vel in horreo
vel in alio loco occulto· imo qui ſic m̄rimo/
niū ꝓmiſerūt occulte ⁊ ſine teſtibꝫ· confite/
ri debent ⁊ penitere. Alio modo dicuntur

clamdeſtina·cū ſine ſolēnitatib⁊ conſuetiſ
in facie eccleſię contrahūt. Ideo aūt clam
deſtina ꝯiugia ꝓhibent᷑·q꞉ ſi clam contra-
hentes diſcordes fierent ⁊ cohabitare ſibi-
inuicem nollent·eccleſia eoſ compellere ad
cohabitandū nequiret. Ex his patꝫ·ꝙ pe
riculoſum eſt contrahere cū illa ꝑſona quę
illi peierauerit·cum quo ante mr̄imonium
contraxit· Sexta cauſa qn̄ vxoreſ ducūt
cū rebus iniuſtis· vel econuſo ipſa maritū
vſurariū vel alias poſſidentes ſcienter res
S iniuſtas. ¶ Pro quo ſciendū ꝙ quon
dam conſuetudo fuit qn̄ quis filiaꝫ ſuam
deſponſare voluit·tunc ꝓncipalit᷑ tria int᷑-
rogauit. Primo vtrū de bonis ⁊ honeſtis
parentib⁊ natus eſſet ſponſus ille. Secun-
do vtrū ille ſponſus eſſet ꝟtuoſus vel vi-
tioſus·ſ·humilis vel ſuperbus· iratus vel
māſuetus· vtrū luſor vel potator·blaſphe-
mus·mendax·vel verax·an timorē dn̄i pre
oculis haberet·ieiunādo dieb⁊ ieiuniorūꝫ
⁊ feſta celebrando. Tertio quō bona dota
lia lucrata eſſent iuſte aut iniuſte. Sic ſi-
mili modo cū quis filiā alicu⁹ in mr̄imo-
niū ducere debuit ille etiā tria diligent᷑ int᷑-
rogauit ⁊ ſignanter introgauit q̄les condi
tiones mater illius filię haberet·an eēt ira-
cunda beniuola vel cōſciētioſa·⁊ ſic d̄ alijſ
Nam filię cōmunit᷑ imitant᷑ mores matriſ
ſuę·ſiue in bono ſiue in malo. Sed heu iā
malus modus in mūdo inoleuit·ſic ꝙ ali-
qui hoīes vendūt pueros ſuos· tanq̄ꝫ ma-
gones vendunt equos nihil quęrētes niſi
diuitias vt dicēdo: Inq̄ꝫtum dabis filio
tuo·ego intantū dabo filię meę· non enim
quęrūt quō illa bona lucrata ſunt· ſed ſo-
lūmodo quęrunt inq̄ꝫtum habeat dare.
Sed ſciendū· ꝙ quicūq̄ꝫ filiam ſuam de-
ſponſat vni vſurario ſcienter ·tradit illam
filiam cum oībus ſuis heredib⁊ ad ęternā
damnationē·dum ſaltē iſtas iniuſtas res
ſcienter poſtmodū poſſederit. Vnde diueſ
potius deberet tradere filiā ſuam pauperi
męchanico·qui de iuſtis laborib⁊ ſuis nu-
trimenta haberet·q̄ꝫ tali diuiti qui ſic iniu
ſtas res male acquiſitas poſſideret. Pſ.
Melius eſt modicū iuſto ſup diuitias pec-
cato℞ multas. Nam cum q̄s ꝑncipaliter
quęrit diuitias q̄litercūq̄ꝫ lucratas· tūc ex
ꝑmiſſiōe diuina talis habebit plura infor-
tunia·ſic ꝙ qn̄q̄ꝫ de magnis diuitijs ī bre-
ui ad pauꝑtatē deueniet. ¶ Septima T
cauſa eſt·qn̄ quis contrahit mr̄imoniū in
peccato mortali. Nam ante inchoationeꝫ
nuptiarū ſponſus ⁊ ſponſa diu deberent ſe
pręꝑare per cotritionē ⁊ confeſſionem vt
digne hoc ſacramentū inchoarent ⁊ ſuſci-
perent. Naꝫ mr̄imoniū eſt tam bene ſacra
mentū ſicut euchariſtia·ergo ſicut homīes
ſe pręparant tp̄e paſcę ad ꝑceptionem eu-
chariſtię·ſic ⁊ inchoationeꝫ mr̄imonij de-
bet ꝓcedere digna pręꝑatio. Et ratio hu-
ius eſt·q꞉ quicūq̄ꝫ vnū de ſeptem ſacramē
tis recipit in peccato mortali·peccat morta
liter·vt patet diſ·xl· Multi·et·xi·q·iij· Au
di. Similit᷑ ſacerdos qui porrigit aliq̄d ſa
cramentū in peccato mortali· peccat mor-
taliter. Item nota ꝙ mr̄imoniū eſt deuo-
te inchoandum·⁊ cum timore dn̄i · Vnde
Tobię· vi· dixit āgelus Raphael ad To
biam iuniorem. Accipies ꝟginem tuā cuꝫ
timore dn̄i·amore filio℞ magꝭ q̄ꝫ libidine
ductus. Et cū mr̄imoniū inchoat᷑ tunc per
tres dies ⁊ noctes debent ſe ꝯtinere ab actu
mr̄imoniali. Et hoc docuit angelus Ra-
phael Tobiaꝫ iuniorē qn̄ debuit contra-
here mr̄imoniū cum Sara ꝟgine dicens:
Cumq̄ꝫ ingreſſus fueriſ ad virginē tuaꝫ ꝑ
tres dies continens eſto ab ea. Sic paren
tes debēt informare filios ſuos ⁊ filias qn̄
debent contrahere mr̄imoniū·ſicut angel⁹
Raphael docuit Tobiā iuniorem ⁊ Sa-
ram·⁊ ħ erit valde bonū mr̄imoniū ·⁊ deo
valde acceptū·cumq̄ꝫ ſcꝫ deū in hoc hono-
rant ſubtrahēdo ſibi illā delectationeꝫ ob
reuerentiā dei p triduū. Et ſi nō volunt ſe
abſtinere p triduū tunc tamē ad min⁹ per
vnam noctē ſe abſtineāt. Vn̄ dī in decre·
Cōiuges debent ſe ꝑma nocte ꝯtinere ꝓpt᷑
reuerentiā ſacramēti ·diſ·xxiij· Sponſus.
Itē nuptię celebrādę ſunt cū bonis ⁊ hone
ſtis ꝑſonis ⁊ deuotꝭ. Et ad ꝯuiniū nuptia
rū inuitādi ſūt etiā paupes cęci ⁊ claudi vt
intcedant p ſponſo ⁊ ſponſa. Tunc chriſt⁹
mutabit aquam in vinū·id eſt· vitā hanc
inſipidam in celeſtem leticiam. Vnde di

in euangelio. Nuptie facte ſunt in chana
galilee ⁊ erat mater ⁊c· ⁊ hoc fit in pauperi
bus. Vn̄ dicit chriſt⁹ de paupibus. Qui
vos recipit·me recipit·qui vos ſpernit me
ſpernit. Hociſti non attendūt qui paupe/
res de domo expellunt· ⁊ foris ianuam ſta/
re ꝑmittūt· ⁊ ꝑſonas inhoneſtas ſcȝ fiſtula
tores phidicines ⁊ tubicines introducunt
Chriſt⁹ enī dicit in euangelio Luc·xiiij·
Cū facis cōuiuiū tuū· voca paupeſ ⁊c. Et
ſi paupes verecundant̃ intrare· tunc dicit
chriſtus: Compelle intrare. Sed heu iam
oppoſituȝ fit a pluribꝫ·qui compellūt pau
peres ad manēdū foris. Ultimo ſciēdū
ꝙ iſti qui in peccato mortali mr̄imonium
cōtrahūt· ⁊ nuptias ſine timore dei incho/
ant cū fiſtulis tubis ⁊ hiſtrionibꝫ· ⁊ qđ pei⁹
eſt qui ad p̄toriū vadūt ⁊ choriçant· colla
⁊ capita ſua denudant ⁊ corpus ſuū cū ve
ſtibus ſupbis ⁊ cingulis deauratꝫ cū mani
cis ⁊ caudis longis ornant ⁊ aīas aſpiciē/
tium inflamant ⁊ ſautiant ꝑ malas ꝯcupi/
ſcentias grauiter peccāt· ⁊ in talibꝫ nuptijſ
non eſt chriſt⁹ p̄ſens·ſicut fuit p̄ſens in nu/
ptijs in chana galilee. Et ſic q̄nq̄ȝ tales
contrahentes habebūt infortunia in pꝫnā
ſuoꝝ peccatoꝝ·quia ſe ante nō pꝫparaue
runt ad nuptias ſalubriter inchoandas.

V ¶ Nota exemplū bonū de quodā ruſti/
co in mr̄imonio conſtituto. Legit̃ in colla
tionibꝫ patrū·li·xij· ꝙ cum quidam addu/
xiſſet ad abbatem Johannē virū magne
ſanctitatꝫ ⁊ etiā miraculis illuſtratū hoīem
habentē demonē ferociſſimū adiurat⁹ ab
eo noluit exire·ſed eius verba contempſit
Adueniēte xͦo q̄dā ruſtico ī habitu ſecla/
ri agricola exiſtenti q̄ p̄mitias fructuū ſuo
rum monachis deportabat territ⁹ demon
ad eius aduentū fugit·nec auſus fuit eius
p̄ſentiā ſuſtinere·hic adiurat⁹ a beato Jo/
hanne vt ei vitam ſuaȝ diceret· hic licet in
uitus dixit· ꝙ eēt homo agricola qui nūq̄ȝ
componere cōſueuerat fructus laboris ſui
q̄n prius plene dediſſet decimas ⁊ p̄mitias
⁊ ꝙ nunq̄ȝ reduxiſſet boues ꝓ confinium
aliene culture·niſi prius ligaſſet ora eoꝝ
ne alijs nocumentū inferret· ⁊ ꝙ nūq̄ȝ iret
ad agriculturam niſi p̄us iret ad eccleſiam

gratias referens oīum bonoꝝ largitori·et
idem ſemꝑ faciebat dū ď ſero redibat. Et
adiunxit· ꝙ cū eſſet puer ⁊ volebat mona/
chus fieri·fuit ꝯuent⁹ a parentibꝫ qui vxo
rem ſibi dederūt·qua ſuſcepta in xͥginita/
te ꝑmanens eam virginem cuſtodiuit deo
vſq̄ȝ ad mortem· qđ audiens Johannes
admirans grās deo egit.

¶ Dn̄ica·ij·poſt octauas
epiphanie Ser·xxvij·

Cum deſcen/
diſſet Jeſus de monte ſecute
ſunt ⁊c. Matth·viij· Scien/
dum ꝙ Haimo dicit· Mons in quo de⁹
ſedet celum intelligit̃. Hic eſt mons de q̄
p̄s dicit: Mons dei·id eſt·celū·mons pin/
guis·id eſt·oī felicitate plen⁹. Hic ē mōs
in quo bn̄placitū eſt deo inhabitare. Sȝ
q̄n dn̄s in celo ſedit nondū hūanat⁹·habi
tauit lucē inacceſſibilē· ⁊ tunc nullus ho/
minū eū ſequi potuit. At xͦo dum de mon
te ſue diuinitatis deſcendiſſet· ⁊ hūanitatis
noſtre defect⁹ aſſumpſiſſet magna turba
ſecuta eſt eum. Ergo dicit Matth: Cum
deſcendiſſet Jeſus de monte ⁊c. Vn̄ in p̄
ſenti ſermone dicendū eſt de hūane natu/
re defectibꝫ quos chriſt⁹ aſſumpſit· cū ꝑpt̃
nos in hunc mūdū venit. ¶ Pro quo A
ſciendū· ꝙ duodecim ſunt defectus cōmu
nes oībus hoībus quoꝛuȝ chriſtus decem
aſſumpſit. Primus defectuſ eſt pati fri
gus ⁊ iſte defectus eſt coīs omnibꝫ hoībus
Jſtum defectum habuit chriſtus in p̄mor
dio ſue natiuitatis. Nam natus fuit ī me/
dia nocte· in medio hyeme· ⁊ in frigido
ſtabulo· ⁊ vilibus pannis inuolut⁹· ⁊ in p̄
ſepio reclinatus· ⁊ ante bouem ⁊ aſinū col/
locatus. Non in calida ſtuba· vel in cali/
do balneo poſitus·ſed frig⁹ ſuſtinuit. Jn
quo oſtenditur magna paupertas chriſti.
Vnde·ij· Cori·viij· Scitis grām dn̄i no/
ſtri Jeſu chriſti·q̄m ꝓpter nos egenus fa/
ctus eſt cum eſſet diues· vt illius inopia di
uites eſſemus·ſuple in ſpūalibus ⁊ eterniſ
Adeo enī pauper fuit chriſtus vt vbi ca/
put ſuū reclinaret nō habuit. Matth·viij
Vulpes foueas habent ⁊c. Bern· Mag

paupertas filius paſtoris naſcit᷑ ꝛ ei cuſſi-
nus de plumis ſubſternit᷑ filius autem dei
naſcitur ꝛ ad durū pꝛeſepiū reclinat᷑. Er-
go quotienſcūq; ſuſtines aliqͦd frig⁹ illud
chꝛiſto offeras ꝛ rememoꝛare nuditatē illā
quā ipſe habuit in natiuitate ſua. **Secū-
dus** defectus eſt ſuſtinere caloꝛem. Hic
defectus cōis eſt oībus hoīb᷒ nam ſicut in
hyeme patimur frigus ſic ꝛ in eſtate pati-
mur caloꝛes ꝛ ecce illū defectū chꝛiſtus ha-
buit in vltima die vite ſue qn̄ ad caloꝛez
ſolis tp̄e meridiano in crucis patibulo ſuſ-
penſus fuit. Pſ. Aruit tanq̄ꝫ teſta ⁊c.

B **Tertius** defectus eſt fames. hic defect⁹
etiam eſt cōis oībus hoībus tam diuitib⁹
q̄ꝫ paupib᷒ q꞉ poſtq̄ꝫ ſaciati ſunt poſtmo-
dum in breui iterū eſuriūt. Hunc defectū
chꝛiſtus habuit qn̄ q̄draginta dieb᷒ ieiu-
nauit ꝛ poſt eſuriJt qn̄ diabol⁹ ei dixit: Si
filius dei es dic vt lapides iſti panes fiant
Item pꝛima die poſt diez palmarū qn̄ ad
arboꝛem fici venit querens fructū in ea ni-
hil reperit niſi folia ⁊c. Vn̄ qn̄ eſurim⁹ tūc
cogitare debemus ꝙ ille qui paſcit aues in
aere piſces in mari vermes ꝛ oīa aīalia in
terris famē ſuſtinuit vt nos ad ſatietatez
illam adduceret de qua dicit pſ. Satia-
boꝛ cum apparuerit gloꝛia tua. **Quart⁹**
defectus eſt ſitis quē oēs ſuſtinem⁹ tam ſa-
ni q̄ꝫ infirmi tam ſenes q̄ꝫ iuuenes. Et hūc
defectū chꝛiſtus habuit in cruce qn̄ dixit:
Sitio. Unde notandū ꝙ chꝛiſtus Ieſus
cupiebat potari ꝛ refrigerari in lingua qn̄
circūdatus fuit doloꝛibus moꝛtis ꝛ dixit:
Sitio nec vinū nec ceruiſeam nec medo-
nem nec alios quoſcūq; liquoꝛes p̄cioſos
petebat ſed indifferent᷑ dicebat: Sitio ne
iudei excuſationē haberent non dandi ſi-
bi ex eo quia p̄cioſa peteret. Unde ama-
toꝛ paſſionis chꝛiſti cogitare debet ꝙ dͦ oī-
bus liquoꝛib᷒ mūdi qui in eius poteſtate
erant nec potum aque habere potuit nec
ſua ſanctiſſima mat᷑ ei hauſtū aque dare
potuit nec quiſq̄ꝫ alius ſui miſereri voluit
Et quis tam infirmus ꝛ tam deſolat⁹ eſt
qui hauſtū aque habere nō poterit? Item
ſciendū etiā ꝙ nō tm̄ naturalit᷑ ſitiuit ſ; eti-
am pl⁹ ſpūalit᷑. Amb. Maxima cauſa ſitꝫ

fuit ꝓpt᷑ inflāmatā diletionē ſui ipſe n̄ꝰ
ſitiuit noſtram ſalutē ſpūalit᷑. Vn̄ Bern.
O bone Ieſu cur de cruce taces ꝛ dͦ ſiti cla-
mas vt ſitis te pluſ cruciat q̄ꝫ crucis ſuppli-
cium. Et q̄d o bone Ieſu ſitis an ignoꝛas
ꝙ cruciaturi ꝛ potaturi erāt te aceto ꝛ felle
Et rn̄dit Bern. in pſona chꝛiſti dicens:
Sitio quidē vr̄am ſalutē vr̄am fidē vr̄m
gaudiū plus aīarū vr̄arum q̄ꝫ coꝛpis mei
cruciat⁹ me tenet ꝛ nos in recōpenſaz illiuſ
debem⁹ nob̄ in cibo ꝛ potu ꝓpt᷑ Ieſum chꝛi-
ſtum ſubtrahere. Et ſignant᷑ in ſextis ferijſ
abſtinendū ꝛ ieiunandū eſt ꝓpt᷑ ieiunium
chꝛiſti qͦd in cruce habuit de q̄ ipſe dicit ꝑ
pſ. Dederūt in eſcaz meā fel ꝛ in ſiti mea
potauerūt me aceto. Et h̄ debet eē cōſola-
tio pauperū q̄ famē ꝛ ſitim ſuſtinent q꞉ in
h̄ imitant᷑ chꝛiſtū q̄ ꝓ eis nō ſolū famē et
ſitim ſ; etiam amarā moꝛtem ſuſtinuit. Et
ipſi habebūt illud regnū vbi ampli⁹ non
eſurient neq; ſitient. **Quint⁹** defect⁹ eſt
laſſitudo coꝛpis vt patet coīter in oīb⁹ q̄
montem excelſum vel gradum altum aſcē-
dunt q꞉ tunc fatigabunt᷑. Hunc defectum
chꝛiſtus habuit qn̄ ſuper fontē ſedit vt ha-
betur Ioh̄. iiij. Ieſus fatigat⁹ ex itinere ſe-
debat ſup fontē ꝛ erat ⁊c. Item qn̄ crucē
poꝛtauit quia tunc fatigatus crucez ad lo-
cum caluarie poꝛtare non potuit ergo an-
gariauerūt quendā Simonē venientē de
villa vt tolleret crucez Ieſu. Et hoc debet
eſſe conſolatio his qui fatigantur ex bonis
opibus vel ex laboꝛibuſ coꝛpalibus quos
faciunt ꝓ neceſſitate coꝛpis vel etiam anti-
quis qui faciliter fatigantur eundo ad ec-
cleſiam vel aſcendendo gradū ꝛ tales of-
ferre debent chꝛiſto ſuas fatigationes qui-
bus fatigatus eſt ꝓ ipſis. Et ſicut chꝛiſtus
conſumpſit vires coꝛpis ſui in noſtro ſer-
uitio ſic etiam nos vires noſtras debemus
expēdere in ſuo ſeruitio. **Sextus** defect⁹
eſt triſticia q꞉ oī die aliquod triſte accidit
vnicuiq; noſtrum tamen vni plus q̄ꝫ alij.
Hūc defectū chꝛiſtus habuit vt ī agonia
cum dixit: Triſtis eſt aīa mea vſq; ad moꝛ-
tem imo ſup oēs hoīes chꝛiſtus in ſua moꝛ-
te maioꝛē triſticiaz habuit quia cognouit
ꝛ voluit paſſionē ſuam ī pluribꝰ fruſtrari

hoībus·ſicut conquerit᷑ ꝑ ꝓphetam. Innaniter
cnū laboraui ꝛ vires conſumpſi· hoc patet
ex eo· ꝙ tam multi hoīes ſunt ingrati chri/
ſto nō regratiādo ſibi ſuam amarā mortē
ꝛ paſſionē quaꝫ ꝓ eis ſuſtinuit. Septi/
mus defectus eſt timor ꝛ terror· naꝫ in ꝑ/
ſenti vita oportet nos ſemꝑ timere in ver/
bis ꝛ factis· qꝛ ignoramuſ an in gratia dei
ſumus an non Inſuper nō ſcim⁹ finē no/
ſtrum· ergo ſemꝑ in timore dei ſtare debe/
mus. Vn̄ Eccꝗ·xxvij· Si nō in timore dei
tenueris te· inſtant᷑ ſubuertet᷑ dom⁹ tua ci/
to. Hūc defectū chriſt⁹ habuit qn̄ in mon/
te oliueti incepit pauere ꝛ tedere ꝛ ſangui/
C nem ſudare. ¶ Ubi ſciendū· ꝙ duo
ſunt genera hoīuꝫ qui habēt timorē. Pri/
mi timēt tm̄ pctā mortalia· ſed venialia n̄
timēt admittere· hi glutiūt culicē ſed came
lum colant· ſed hoc eſt impꝑfectoꝝ ꝛ inſipiē
tium. Secūdi ſunt q̇ nō ſolū timēt morta/
lia ꝛ venialia· ſed etiam timent bona opa
ſua· q̄lis fuit Job qui dixit: Uerebar oīa
opa mea· ſciens ꝙ nō parcis delinquenti·
ꝛ hoc eſt pꝑfectorū ꝛ bonoꝝ quoſ de⁹ ex ſua
bonitate ſic pmittit in timore ſtare· ne ele/
uentur in elatione mentis. Unde Bern̄·
Connexa ſunt quideꝫ timor ꝛ religio· nec
manere poteſt alteꝝ ſine altero. Octau⁹
defectus eſt verecūdia que ex peccato ori/
ginali originē habet· vt in Adam ꝛ Eua q̇
poſt tranſgreſſionē ꝑcepti verecundabant᷑
ꝛ fecerūt ſibi periçomata· ꝛ hunc defectuꝫ
chriſtus habuit qn̄ nudus ante crucē ſte/
tit ꝛ in cruce nud⁹ exaltat⁹ fuit. Vn̄ illud
Job dicere potuit: Nudus egreſſus ſum
ex vtero mr̄is meę· nud⁹ ꝛc. Q̄ chriſt⁹ ve/
recundiā habuit nō mirū fuit· quia iudei
illa ei intulerūt de quibꝫ homo verecūdat᷑·
ſcꝫ irriſiones ꝛ contumelias· Nam deriſus
fuit primo a iudeis qn̄ faciem eius vela/
bant· ꝛ eum collaphiçantes dixerūt: ꝓphe/
tiça nobꝭ chriſte q̇s eſt qui te ꝑcuſſit. Secū
do deriſus fuit ab Herode ꝛ ſuo exercitu·
qn̄ veſte alba indut⁹ fuit· ꝛ econuerſo ad
Pilatū irriſorie duct⁹. Tertio deriſus fu
it qn̄ impoſuerūt ei coronā ſpineā ꝛ cū arū
dine in capite ꝑcuſſus fuit· naꝫ flectebant
genua ꝛ expuentes in faciē eius dixerunt:
Aue rex iudeoꝝ. Quarto deriſus fuit cuꝫ
chriſt⁹ in cruce pependit qn̄ iudei ei cōtume/
lioſe dixerūt: Vah q̇ deſtruis templum
dei· alios ſaluos fecit ꝛc. Ex h̄ debem⁹ ſu/
mere documentū· ꝙ ille fęlix eſt· q̇ hic cum
chriſto deridet᷑ dū hoc patiēt᷑ ſuſtinet. Vn̄
Paulus. Exeam⁹ cū eo improperiū eius
portantes. Vn̄ etiam Seneca· in· li· ꝺ mo/
ribus. Nondū fęlix es ſi te turba nō irriſe
rit. Et quicūqꝫ hic ꝓ chriſto ſuſtinuerit ve
recundiā· tāto maiorē in cęlo habebit glo/
riam· Sꝫ heu plures ſunt qui verecūdant᷑
bona opera opari· ꝛ ſe coram deo humilia
re· ꝛ de his chriſtuſ dicit in euāgelio: Qui
me ꝛ ſermones meos erubuerit· hūc filius
hoīs erubeſcet coram deo ꝛ angelis eius.
Vn̄ etiam Greg⁹ ſuꝑ Eçech· Qui erube
ſcit bona facere a ſtatu rectitudinis cadit·
ꝛ ad damnationē tendit. Nonus defe/
ctus eſt infirmitas ꝛ dolor quē ſuſtinemus
in ꝑſenti vita: Hūc defectū chriſt⁹ habuit
qn̄ multoſ dolores ꝓ nobis ſuſtinuit. Vn̄
Eſa· liij· Vere languores nr̄os ipſe tulit ꝛ
dolores ꝛc. Pro quo ſciendū· ꝙ oīa nobꝭ
ꝯtria deo offerre debem⁹· vt qn̄ h̄ i ꝑn̄ti do/
lores corꝑis ſuſtinem⁹· ſ· dolorē oculoruꝫ·
capitꝭ vel pedū· qꝛ chriſt⁹ multo plura ꝓ no
bis ſuſtinuit ī corꝑe ꝛ ī mēbris ſuis oībus.
Nam dolorē capitꝭ ſenſit in coronatione·
dolorē manuū ꝛ pedū in clauoꝝ trāſfixiōe
amaritudinē oris ī fellis ꝛ aceti potatione·
dolorē corꝑis ī flagellatiōe. Vn̄ Eſa· Ip/
ſe vulnerat⁹ ē ꝓpt᷑ iniq̇tates nr̄as. Deci/
mus defect⁹ ē mors Et iſte defect⁹ ē cōis
oībꝫ hoībꝫ tam nobilibꝫ q̄ꝫ ignobilibꝫ· tam
regibꝫ q̄ꝫ ꝑncipibꝫ· tā ruſticꝭ q̄ꝫ ciuibꝫ. Vn̄
apl's. Conſtitutū eſt oībus hoībus ſemel
mori. Vn̄ etiā Bern̄· Certū eſt ꝙ morie/
ris· incertum eſt qn̄ ꝛ quō aut vbi· q̄niam
vbiqꝫ mors te expectat· tu quoqꝫ ſi ſapiēs
fueris· vbiqꝫ eā expectabis· Idem. Quid
in rebus hūanis certius morte· quid hora
mortis incertius inuenitur ¶ Sed que D
ritur vnde mors ortum habet. Reſponde/
tur ꝙ a peccato originali· nam quo ad cre/
ationem homo fuit immortalis creatus· ſ·
quo ad corpus ꝛ animā. Vn̄ Greg⁹· Ad
hoc in paradiſo homo poſitus erat· vt ſi ſe

ad conditoris ſui obedientiā vinculis cha
ritatiſ conſtringeret· ad celeſtē patriā ange
lorum qñq; ſine morte carnis trāſiret · ſic
nāq; imortalis condit⁹ eſt· vt ſi nō peccaſ
ſet etiam mori nō potuiſſet. Vñ cum cogi
tare vis mortē chriſti · rememorare debes
magnā charitatē ſuam· vt ipſe īmortalis
p nobis mortalis fieri ⁊ mori voluit. Vñ
Joh·xv· Maiorē charitatē nemo habet
vt aīam ſuam ponat quiſ ⁊c. Et in illa me
ditatione orare debes dñm p bono fine vi
te tue·quia certuſ es q̄ te mori oportet·ſed
an bene vel male dubiū eſt. Undecim⁹
defectus quē nos habem⁹ ⁊ quē chriſt⁹ nō
aſſumpſit eſt ignorantia. Nam Adam in
ſua creatione ſapiētiſſim⁹ fuit·q; naturas
oīum creaturarū cognouit·ergo ſingul̄ re
bus noīa impoſuit ſm ꝓprietatē ipſarū re
rum. Inſuper deū clarius cognouit q̄; noſ
iam·ſed nō ita clare ſicut ſancti in vita bea
ta. Ergo ſanctus Tho·dicit·q̄ Adam me
diū tenuit inter nos ⁊ beatos. Et hūc defe
ctum chriſt⁹ non aſſumpſit · q; in inſtanti
ſue cōceptiōis oīa nouit. Sed quare non
aſſumpſit. Rñdeo q; eū non decuiſſet nec
nobis ꝓfuiſſet. Duodecim⁹ defect⁹ eſt
peccatū ⁊ hunc defectū oēs patim̄. Unde
ps· Ecce enī in iniq̄tatib; conceptus ſum.
Vñ etiam Eccs·vij· Non eſt homo iuſt⁹
in terra qui faciat bonū ⁊ nō peccet·ſ·venia
liter. Vñ Prouerb·xxiiij · Septies ī die
cadit iuſtus ⁊ reſurgit. Vñ etiam dī in de
cre·Dis homo habet peccata venialia ·de
pe·diſ·ij· Opponit̄. Sed ſine pctō morta
li quilibet viuere pōt. Vñ dicitur ibidem.
Dē peccatū adeo volūtarium eſt·q̄ nullo
modo eſſet peccatū· niſi eſſet voluntariu;
xv·q·j·c·j·q; nemo per peccatū efficit̄ ſer
uus diaboli·ſ·per mortale·niſi ꝓpria volū
tate· vt dicit̄ in decre·xv·q·j· Non eſt ⁊c.
Iſido·de ſum·bo· Nequaq̄; ſibi caro ad
libitū dimittat̄·mors enī p feneſtraſ ingre
ditur·niſi rōnis freno caro ab illicitiſ reſtri
gatur. Seneca·in·li·d clemētia ad Nero
nē. Sic caro rite aſſumit̄ ⁊ tenet̄·ſi veſtre
ſemp vinculis rōnis mācipet̄. Boetius in
epl̄a ad reginā vginē. Adhuc vnū ē ſuper
eſt·tene carnē ad nutū rōnis ⁊ vere btā eriſ.

¶ In eadem dñica Ser
mo·xxviij·de honore.

EGo veniam
⁊ curabo eū. Matth·viij · In
his verbis notat̄ magna hu
militas chriſti·qui ſeruū Centurionis di
gnatus eſt viſitare ⁊ ad filiū reguli noluit
venire·ne diuitias honorare videret̄. Vñ
in ꝑſenti ſermone tria ſunt dicēda. Pri
mo quare aliquis honorādus ſit. Secun
do quot modis peccat quis circa honores
Tertio ponit̄ exemplu;. ¶ Quantum E
ad p̄mū ſciēdū·q̄ cauſe quare q̄s ſit hono
randus ſunt multiplices· ſm beatū Tho·
de aqui·⁊ ſm Johannē de geminiano·et
ſm Holgot ſup li·Sap· Prima cau
ſa quare quis ſit honorandus ſunt virtu
tes. Unde Ariſto·iij·eth· Honor eſt pre
miū virtutis · Vñ qñcūq; cognoſcit̄ ali
quis vtuoſus·tunc habet cauſam q̄re me
rito ſit honorandus. Verbi gratia. Si q̄s
eſt humilis vel caſtus vel mīcors vel obe
diens vel pacificus vel verificus. Vñ Ari
ſto·iij·eth· Virtuti pfecte non fit cōdign⁹
honor·ſuppleī pn̄ti·modo ſcd̄m Holgot
ſup li·Sap· Nos honori dignificari de
bemus. Et ſm eundem. Vera via ad ho
nores eſt ſola virtus · nam ſolus vtuoſus
dignus eſt honore·⁊ nullus prauus inq̄;
tum prauus. Unde ſm Ariſto · iiij · eth·
ſcd̄m veritatem ſolus virtuoſus eſt hono
randus . Vñ Aug⁹ dicit · q̄ antiq̄⁹ ro
mani colebāt vtutē ⁊ honorē p dijs . Vñ
duo templa cōſtruxerūt ſic ſita·q̄ null⁹ in
trare poterat templū honoris·niſi p̄us per
trāſiſſet tēplū vtutiſ·ad ſignificādū q̄ nul
lus honoraret̄·niſi meruiſſet honorem aliq̄
vtute. Pro q̊ ſciēdū·q̄ valde laudabile
eſt ⁊ ſalubre hoīe; eē vtuoſum. Vñ Ari
ſto·p̊·eth· Felicitas ē premiū vtutiſ. Idem
Virtuoſi beatiſſima eſt vita. Vñ Sene
ca. Nulla poſſeſſio nulla vis auri ⁊ argen
ti·plus q̄; vtus eſtimāda ē. Vñ ſciēdū ē·
q̄ q̇ vtuoſos hoīes diligit fouet ⁊ honorat
ſignū eſt q̄ ipſe p ſe ē vtuoſus . Seneca.
Scias eū mltiſ vtutib; abūdare q̇ alienaſ F
virtutes amat ¶ Secūda cauſa q̄re q̇s

eſt honorandus·eſt ꝓpter dignitatē ⁊ pote/
ſtatem·ſicut ꝑncipes ⁊ ꝓlati honorantur a
ſubditis. Vñ dicit' in decre· Reuerentia
exhibet' alicui ratione dignitatꝫ eius·xvi·q
q·viſis. Vñ etiam Johs de ſancto germi
niano dic ꝙ ꝓlati honorādi ſunt etiam ſi
ſunt mali·nō quidē rōne malicię·ſed inquā/
tum gerūt vicē dei ⁊ coītatꝫ cui ꝓferuntur.
Vñ·j·Petri·ij·Deū timete·regē᷑ hono·
rate. Vn etiā Aug⁹· Honorare prelatos
difficile non ſit vobis . Pro quo ſciendū
ꝙ quāto maiores ſunt ꝓlati·tanto magꝫ ho/
norandi ſunt·ſicut papa ī toto mūdo·epī
in dioceſi ſua· pleban⁹ in parrochia ſua.
Rex in regno·ꝑnceps in dñio·mgr̄ ciuiuꝫ
in ſua ciuitate·⁊ ſic de alijs . Similit' vxor
tenetur honorare maritū qꝛ caput eius eſt
vir ⁊ ei obedire in licitꝫ. Vñ Geñ·iij·Sub
ptāte viri eris. Similit' ſeruus tenet' hono
rare dñm ⁊ ancilla dñam·⁊ religioſus ab/
batem vel priorē·⁊ ſic quilibet ſubdit⁹ ſuū
ſupiorē loco dei honorare debet·⁊ ei obe/
dire. Vñ apl's ad Roma·xiij·Non ē po/
teſtas niſi a deo ·⁊ qui reſiſtit ptāti dei or/
dinationi reſiſtit. Tertia cauſa q̄re quis
ſit honorādus·ſm btm̄ Tho ·de aqui·eſt
ꝓpter participationē diuę dignitatꝫ·ſic ho
norandi ſunt parētes qui repñtāt dei ho/
norem ⁊ dignitatē eius qui eſt pater oīum
⁊ a quo ſunt oīa. Vñ ſciendū ꝙ quilibet
ex ꝓcepto dei tenet' honorare parētes. Vñ
Exo·xx·Honora patrē ⁊ mrē ut ſis lon/
geuus ſup terram. Vñ dicit' Eccl·iij·Ho
nora patrē tuū vt ſupueniat tibi bñdictio
Vñ etiam Ariſto·ix·eth·Magiſtris dijs
⁊ parētib⁹ nō pōt reddi ęquales·Sed filij
qui non honorāt ſuos parētes ſed eos vi/
tuperant·maledictionē dei incurrūt. Vñ
Deutꝫ·xxvij·Maledict⁹ homo qui nō ho
norat patrē ⁊ matrē. Unde Eccl·iij·Ma/
ledictus eſt a deo qui exaſperat matrem.
B Quarta cauſa ꝓpter antiq̄tatē·ſicut ſe/
niores ⁊ antiqui hoīes ꝓpter ſeniū honorā
di ſunt. Leuitꝫ·xix·Coram cano capite cō/
ſurge ⁊ honora ꝑſonā ſenis . Ratio eſt qꝛ
ſenectus eſt ſignū bonitatꝫ ⁊ ꝟtutis· licet h̄
q̄nq̄ fallat. Unde dicitur in decre·De ſe
nibus ꝑſumendū eſt bonū·xx·diſ·ō quib⁹.

Ergo iuuenes honorare debent ſenes ⁊ ſe
niores. Vñ apl's·j·ad Timoth·v·Senio
rem ne increpaueris·ſed obſecra vt patrē
Vñ Sap·iiij·Senectus enī venerabiliſ
eſt·nam ſeniores debent ſtudere virtutes·ſ
patientiā·hūilitatē·caſtitatē·⁊ ſic de alijs.
Vñ dicit' in decre· Quāto ſenes ſunt morti
viciniores·tāto debent eſſe puriores· diſ·
lxxvi·Tanta. Unde etiā Eccl·xxv·Co/
rona ſenū in multa peritia ⁊ gloria illoꝝ ti/
mor dñi. ¶ Quinta cauſa ꝓpter miſte/ D
riū·ſic ſacerdotes ⁊ religioſi honorādi ſūt
qꝛ miniſtri chriſti ⁊ deo ſanctificati ſunt.
Pro quo ſciendū ꝙ ſacerdotes ⁊ p̄ſbyte/
ri merito ſunt ab oībus honorādi ꝓpt' di/
gnitatē quā a deo habent· nam de⁹ dedit
eis poteſtatē ligādi ⁊ ſoluēdi. Vñ Mat·
xviij· Quęcūq₃ alligaueritꝫ ſup trā ⁊c·et
quęcunq₃ ſolueritis ſup terrā ⁊c. Nam ſa
cerdos aliquo modo ē ſimilis Marię vir/
gini·⁊ hoc oſtendit' ex tribuſ. Primo ſicut
beata virgo p q̇nq₃ verba concepit Jeſuꝫ
chriſtū·vt habet' Luc·p̄· Fiat mihi ſcdm
verbū tuū. Sic ſacerdos conficit per q̇nq₃
ꝟba verū corp⁹ chriſti. Et ſicut īmediate p⁹
conſenſum Marię fuit chriſt⁹ totus ī vte/
ro eius·ſic īmediate poſt ꝓlationē ꝟborū
cōſecrationis·trāſubſtantiat' panis in verū
corp⁹ chriſti. Secūdo ſicut beata ꝟgo p⁹
partum chriſtū portauit ī manib⁹ ſuis ⁊ in
ꝓſepe collocauit· ſic ſacerdos poſt cōſecra/
tionē leuat corp⁹ chriſti ⁊ locat ⁊ portat et
tractat eū in manib⁹ ſuis. Tertio ſicut bea
ta virgo fuit ſanctificata in vtero anteq̄
cōcepit chriſtū·ſic ſacerdoſ ordinat' ⁊ inun
gitur anteq̄ ꝯſecrat·qꝛ ſine ordīe nihil cō
ſecraret·ergo laic⁹ q̄ātūcūq₃ ſanctus nihil
ageret·etiam ſi verba cōſecrationis profer/
ret. Unde ſciendū ꝙ dignitas ſacerdotū
aliq̄ modo ꝓcellit dignitatē āgeloꝝ·quia
nulli angeloꝝ data eſt poteſtas conficien/
di corpus chriſti. Vñ minim⁹ ſacerdos ī ter
ra poteſt hoc·qđ non pōt maxim⁹ ⁊ ſupre/
mus angelus in cęlo. Unde Bern·O ve
nerāda dignitas ſacerdotū· in quorū ma/
nibus dei filius tanq̄ in vtero virginis in/
carnatur . Unde Aug⁹ dicit·ꝙ in conſe/
cratiōe hoſtię ſacrę·tota cęleſtis curia ſibi

ſeruit· ⁊ dñs celi ad eum deſcendit. Unde
Amb· ſup Luc· Non dubiteſ aſſiſtere an
gelos qñ aſſiſtit chriſtus in altari· vnde ſa
cerdotes honorãdi ſunt p̄ oĩbus regibꝫ pn
cipibꝫ· militibꝫ· ⁊ nobilibꝫ· nam ſacerdos ē
altioꝛ regibꝫ· felicioꝛ angeliſ· creatoꝛ ſui cre
atoris· quare merito eſt honorãdus. Un
de dicit' in decre· Sacerdos in pſona dei
honoratur. Et etiã in caſu ꝙ ſacerdoſ eēt
malus· adhuc eſſet honorandus ꝓpt' digni
tatem ſacerdotij. Uñ dicit' in decre· Sa
cerdotes licet mali ſint· tñ eos honorare de
I bemus ꝓpt' ſacra· j· q· j· Sacra. ¶ Sex
ta cauſa qua q̇s ſit honorãduſ eſt ꝓpterea
ꝙ maiorem locũ habet in coĩtate· ⁊ plꝰ pōt
coĩtati ꝓdeſſe. Uñ beatꝰ Tho· ſecunda· ij·
q· lxiij· dicit ꝙ diuites ſunt honorãdi ꝓpt'
hoc· quia maiorē locũ in coĩtate obtinent.
Si aliquis ſolũ intuitu diuitiarũ honora
retur iam eſſet acceptio pſonarũ. Si enim
diuitē preponeres ⁊ meliorez eſtimares· iō
qꝛ diues eſt pauperi qꝛ paup eſt· acceptio
pſonarũ eſſet. Unde Johes d' ſancto ge
miniano. Nuſq̃ʒ legit' ꝙ ꝓpter diuitias di
ues ſit honorãdꝰ ⁊ paup ꝓpt' paupꝫtatē ſit
ꝯtēnendus. Uñ etiam Gorra ſup epl'am
Jacobi· ij· c· dicit. Preferre diuitē paupe
ri in exhibitione alicuiꝰ reuerentie tm̄· vt
ſcʒ aliquis aſſurgat diuiti ⁊ non pauperi·
vel auferat caputiũ coram diuite ⁊ non ſic
coram paupere· non eſt pſonam pſone pre
ferre ex cauſa indebita. Uñ non eſt pecca
tum niſi rōne originis· vt cũ iudico in cor
de meo ꝙ melioꝛ eſt diues q̃ʒ paup· qꝛ di
ues exiſtit. Unde breuiter dicēdo diuites
ſunt honorãdi· non ꝓpter veſtes p̄cioſas ⁊
longas vel ꝓpter inſciſſuras multas· ſed
ꝓpter hoc ſunt honorãdi· quia maiorē lo
cum obtinent in coĩtatibꝫ· ⁊ coĩtatē poſſũt
ꝓmouere· ⁊ ipſi coĩtati plus prodeſſe. Un
de Ariſto· j· rheto· Juſte honorant' q̇ bene
ficia preſtiterunt. Septima cauſa qua
re quis honorandus ſit· eſt ꝓpter imaginez
dei ſꝫm quã homo creatꝰ eſt· ⁊ ſic oēs hoĩes
honorandi ſunt. Unde etiaʒ· j· Petri· ij·
Oēs honorate. Unde Gorra. Quia in oĩ
bus eſt dei imago que eſt ratio honoran
di. Uñ Humber· dicit ꝙ credēdũ eſt ꝙ q̇

libet habet aliq̇d bonũ licet lateat q̇ nos p̄
cellit· ꝓpter q̇d honorandus eſt. Unde ad
Phil'· ij· In hũilitate ſupiores ſibi inuicē
arbitrantes. ¶ Quantũ ad ſecũdũ ſciē K
dum· ꝙ q̇nq̃ʒ modis quis peccat circa ho
nores. Primo qñ quis intentionez ſuã
⁊ opera virtutũ refert ad gloriã tanq̃ʒ ad vl
timũ finem· ⁊ pro qua conſequēda nō ca
uet facere ea que ſunt contra deũ· vel cum
maioꝛ in corde eius eſt cupiditas glorie q̃ʒ
timoꝛ dñi· vel amoꝛ dei vel ꝓpria ſalus· vt
cum ieiunat orat vel elemoſynaʒ dat vel
mane ſurgit ⁊ eccl'ias viſitat vt honoret'·
vel etiam cũ appetit p̄laturã· ⁊ bona opera
ꝟtutum ꝓpterea facit vt eligatur in p̄latũ
in his contra deũ facit· ⁊ cũ hoc piculũ in
currit aĩe. Uñ Chryſoſto· et dicitur etiaʒ
in decre· Quicũq̃ʒ deſiderat pmatũ in ter
ris inueniet confuſionē in celo· diſ· xl· c· ſi·
Secũdo ratione materie· d' qua gloria
tur· puta cũ in malis querit honorē. Ver
bi grã· ſicut in ſupbia veſtiũ· in torneamētiſ
in choreis· in cantilenis illicitiſ. Uñ Bern.
Quid eſt magis puerſum q̃ʒ letari cu ma
lefeceris· ⁊ in rebus peſſimis exultare. Uñ
Eccl· xix· Qui gaudet in iniq̇tate denota
bitur· id eſt· de libro vite delebit'. Tertio
peccat quis circa honores cum quis bonũ
temporale in quo gloriaʒ querit p̄fert deo
ſicut ſiquis gloriaret' in veſtibꝫ p̄cioſis· tu
nicis long'· cingulis deauratiſ· ⁊ ĩ peplis· di
uitijs ⁊ ĩ pulcritudine corporis· ⁊ ſic d' alijs.
Uñ Hiere· Nō glorięt' ſapiēs ĩ ſapiã ſua
nec fornicatoꝛ ĩ fornicatiōe· nec diues ĩ di
uitijs. Quarto peccat q̇s circa honores
cũ q̇s ꝓpt' honorē quem q̄rit ⁊ appetit· odit
aliũ q̇ plus eo honorat'· qꝛ nō fauet illi ho
norē q̇d eſt ꝯ charitatē primi· vel etiã cuʒ
ab aliq̇bꝫ hoĩbꝫ appetit honorari· ⁊ cũ eum
nō honorãt· tũc ĩdignat' ꝯ eos ⁊ odit ⁊ ſper
nit eos. Quinto peccat quis circa hono
res ꝓpter nimiã ⁊ magnaʒ complacentiam
quã habet in honore ſibi exhibito· vt cum
inclinat' ſibi· vel caputiũ coram eo deponit'
vel eum dominũ nominãdo· vel domicel
lum· vel magiſtrum ciuiũ· vel etiam pulcrã
dominam· vel generoſam ⁊ gratioſam do
minam nominando· ⁊ ſic de alijs. Et qñ

in huiuſmodi honoribus quis maiorem complacentiam habet q̃z in deo. tunc deũ grauiter offendit. Unde Aug⁹. Nullum peccatum adeo veniale. quod nõ fiat mortale dum placet.

L ¶ Ultimo queritur quõ vnuſquiſq̃z ſe habere debeat in honore ſibi exhibito. Rñdeo ſm Wolgot. Homo ñ debet deſiderare honores ſed fugere. fugiẽdi ſunt honores ⁊ fugientib⁹ offerẽdi. viij. q. j. In ſcripturis. Et inſuper honor hoĩ exhibitus cũ metu eſt ſuſcipiendus. Unde dicitur in decre. Honor ſuſcipiẽdus eſt cũ metu. j. q. j. Non eſt. Et talis honor ſic homini exhibit⁹ eſt cũ humili corde deo offerendus. dicẽdo cũ pſ. Non nob̃ dñe non nob̃. ſed noĩ tuo da gloriã. Unde aplus. Soli deo honor ⁊ gloria. Et h̃ eſt deo valde acceptũ. quia eſt contra naturalẽ inclinationẽ. q̃ honorem ſibi exhibitũ humili corde ſpernat. Vñ Ariſto. Oẽs hoĩes naturaliter appetunt honores. Unde ſciendum q̃ honorẽ in p̃ſenti vita querere pertinet ad paganos ⁊ incredulos. qui non habent ſpem de futura gloria ⁊ de futuro honore. quia non ſciunt aliã vitam niſi p̃ſentem vitam momẽtaneam ⁊ tranſitoriam. Sed chriſtiani debent h̃ ſpernere honores ⁊ appetere futuram gloriã. vbi eſt ſempiternũ gaudiũ. De quo dic̃ Berñ. ſup Cant. Reuera verũ eſt gaudiuz ⁊ ſolum qd̃ non de creatura ſed de creatore concipit̃. Qd̃ cũ poſſederis nemo tollet a te. cui comparata oĩs aliũde iocunditas meror eſt. oĩs ſuauitas dolor eſt. oẽ dulce amarũ. oẽ decorum fedum. oẽ qd̃ delectari poſſet moleſtũ. Nã illi chriſtiani q̇ hic honores ſibi exhibitos deo humiliter offerũt. ꝓpter honores hos in celo honorabunt̃ a chriſto ⁊ beata virgine. ⁊ ab oĩbus ſanctis ⁊ electis dei eternaliter ſine fine.

M ¶ Quantũ ad tertiũ notãdum eſt exemplum de his qui ſunt in poteſtate conſtituti. ⁊ ſeipſos male regũt. ⁊ ſubditis ſuis malũ exemplũ relinquũt. Legit̃ in dialo. Ceſa. q̃ in Wormatia fuit quidã eps̃ Leupoldus. ſolo quidem nomĩe eps̃ opere aũt tyrannus. Hic cum eſſet vaniſſimus nihil habens in ſe pietatis vel religiõis Dicebat aũt quodam tp̃e german⁹ ſuus vir nobilis: Dñe epiſcope multũ ſcandaliçatis vos laicos exemplo veſtro. anteq̃z eſſetis ep̃us deũ aliquo modo timebatis. modo nihil de deo curatis. Cui ille dixit: frater. duo erant vicini. ex quib⁹ vn⁹ exemplo alterius peccauit. mortui aũt ſũt ambo ⁊ deducti in infernũ. Cum igitur eſſent in tormẽtis. vnus alteri dicebat. ve tibi. quia tuo exemplo ꝓuocatus ad peccandũ merui hunc locũ. Cui alter. bone vicine ſi tibi placet ſedes mea. trade mihi tuã. ⁊ tibi dabo meam. Sic dico vobis qñ venerimus ad inferos. ſi videbit̃ vobis. mea ſedes honorabilior q̃z veſtra. aſcendite eam. ⁊ ego recipiam veſtraz. At ille dixit: mala conſolatio hec. Iſte Leupoldus ita diabolicus fuit vt tp̃e ſciſmatis qd̃ erat inter duos reges. ſcilicet Ottonem ⁊ Philippũ cuz ſibi vſurpaſſet ep̃atũ moguntinenſez. eiuſdez Philippi autoritate. ⁊ multis inteſſet bell' ita vt non parceret eccleſijs nec cemiterijs. Dixerunt ei milites ſui: Dñe non licet nobis ſpoliare cemiteria. ait ill'. Si oſſa mortuoꝝ tollitis. tunc p̃mo cemiteriũ ſpoliatis Vir iſte ſepe ⁊ valde cecidit vt dictum eſt ⁊ neſcio vtrum per contritionẽ peccatorum ſuorum ſurrexit. ſed hoc ſcio. q̃ in illa die qua hominem depoſuit. multe diſſenſiõis ſeminariũ fuit. Similiter legitur de abbate Morbacenſi q̇ ſilr̃ cemiteria vt predict⁹ ep̃us violauit. Cunq̃z ad extrema veniſſet capellanus eius ipſum rogauit. q̃ eum de ſtatu ſuo certificaret. qd̃ ⁊ fecit. dicens ſe eſſe de numero ⁊ ordine damnatoruz ꝓpt̃ irruptionem cemiterioꝝ.

## ¶ Sermo tertius de eodem

Ecce leproſus veniens adorabat euz. Per leproſum intelligitur peccator. Unde h̃ eſt dicendum quomodo quiſ cõmittit ſeptẽ peccata mortalia. Iſtum ſermonem q̃re infra ſermone. clxxxi. I

Filij huius regni eijcient̃ in tenebras exteriores. Hic eſt dicendum de nouem penis inferni. Et q̃re iſtũ ſermonẽ infra ſermõe. cxxv. D

¶ Dñica · iij · poſt octauas Epi-
phanię Ser · xxix · de tẽptatiõib⁹.

M Otus magn⁹
m factꝰ ẽ in mari ita vt ꝛc Mat·
viij · Mar · iiij Luc · viij · Ubi
ſciendũ ꝙ ꝑ mare intelligit̃ pñs mundus
ꝛ ꝑ motũ magnum qui factus eſt in mari
grandis temptatio quã ſuſtinẽt qñq3 bo-
ni homines. Unde in pñſenti ſermone tria
ſunt dicenda. Primo quõ aliqui ab in-
tra · aliqui ab extra tribulãt̃ ꝛ quę ſũt acer-
biſſimę tribulatiões. Secũdo ꝙ tales ho-
mines habent ſex defectus. Tertio qre de⁹
permittit ſuper bonos tales acerbiſſimas
N temptationes ¶ Quantum ad primũ
ſciendũ · ꝙ aliqui tribulant̃ ab extra in coꝛ
poꝛe ꝛ ĩ rebus · ſicut martyres qui paſſi ſũt
ꝛ adhuc plures hoĩes tribulatiões patiũ-
tur. ſ · in pauptate · in infirmitate · ꝛ in pſe-
cutione. Uñ apl's · ij · ad Timoth · iij · Oẽs
qui volunt pie viuere in chriſto Jeſu · pſe-
cutionẽ patiant̃. Aliqui tribulant̃ ab in-
tra · ꝛ hoc diuſimode. Ps̃. Multę tribu-
lationes iuſtoꝛum. Contingit enĩ qñq3 ꝙ
homo incidit ĩ indiſcretã triſticiã · ſic ꝙ ni-
hil boni libet eũ facere · ꝛ tamẽ neſcit vñ ſi-
bi illud ꝛ q̇d ſibi deficiat · etiam ſi intꝛoga
retur. Et hanc triſticiam Dauid expertus
eſt qñ ad ſeipſum dixit: Quare triſtis es
aĩa mea ꝛ quare cõturbas me · Et iſta tri-
ſticia indiſcreta eſt valde nociua qñ hoĩe3
ſuperat · nam multos retraxit ſępius a bo-
no opere inchoato · faſtidit enĩ talis hõ im-
moderate triſtis ad omne bonum · Uerbi
gratia. Tedet eum de mane ſurgere ꝛ diui
nis intereſſe · legere ꝛ cantare ꝛ bona ope-
rari · Tedet eũ etia3 qñq3 bona audire vel
bona loqui · vel meditari bonũ · ita ꝙ eoꝛu3
etiam bonoꝝ quę ſine graui laboꝛe pficere
poſſet: vnde ſeruꝰ chriſti debet amouere ta
lem indiſcretam triſticiam a ſe inq̃ʒtum po
teſt. Nam qui viriliter ptranſire vult du
ros laqueos ꝓprioꝝ defectuũ · neceſſe ẽ ha-
bere bonam ꝛ lętam mentem. Ps̃. Virili-
ter age ꝛ confoꝛtetur ꝛc. Quid enĩ eſt hoĩ
graue in hoc mũdo · qui lętã mentẽ h3 ab
intra · imo mens lęta valde hoĩem confoꝛ-
tat · qꝛ ẜm phm. Delectatio conſeruat ope
rantẽ in ope · Uñ apl's dixit: Oĩa poſſum
in eo qui me confoꝛtat. Et q̇d poteſt ab ex-
tra hoĩem lętificare · qui ab intra ſemp eſt
triſtis · imo talis indiſcreta triſticia nocet
tam coꝛpoꝛi q̃3 aĩę. Unde Prouerb · xvij ·
Spũs triſtis exiccat oſſa. Uñ diligẽt̃ ad
uertendũ eſt qđ legit̃ de quodã pdicato
re qui ſic triſtis effectus fuit ꝙ nihil libuit
eum opari · nec legere · nec oꝛare · ꝛ cũ ſic tri-
ſtis ſederet · chriſt⁹ apparuit ei dicẽs · cur ſic
tabeſcis · ſurge ꝛ memoꝛare paſſionẽ mea3
ꝛ liberaberis · qđ ꝛ factũ eſt. ¶ Item ſciẽ O
dum ꝙ acerbiſſime temptatiões ꝛ tribula
tiones ab intra videnť eſſe illę · ſ · heſitatio
in fide catholica · deſperatio de dei mĩa · et
ſpũs blaſphemię contra deũ ꝛ ſanctos ei⁹
ꝛ temptatio ſibimet iniiciẽdi man⁹ ꝛ ſeipſũ
pimendi · ꝛ quęda3 perplexitas querulosę
conſcientię. Querit̃ vñ oꝛitur ꝙ quis in
cipit dubitare de mĩa dei · ꝙ nunq̃3 poſſit
ſaluari. Rñdeo ꝙ ex trib9. Primo ex eo
ꝙ nõ poteſt ponderare quid deus in ſe pſo
eſt. Secũdo q̇d petm̃. Tertio q̇d ꝯtritio.
Quantum ad ꝑmũ ſciendũ · ꝙ de⁹ ſum
mũ bonũ eſt ꝛ infinitũ · ꝛ tam mĩcoꝛs ꝛ pa-
ratus peccatoꝛem ad gratiam recipere ꝛ ei
peccata indulgere · ꝙ fidelis mater nunq̃3
vnico filio ſuo quem in vtero ſuo poꝛta-
uit ita prompta eſſet poꝛrigere manũ · ſi vi-
deret filiũ in ignẽ cecidiſſe · ſicut chriſt⁹ pa-
ratꝰ ẽ ꝯtritũ hoĩe3 ad grã3 recipe ꝛ ei pctã
indulgere · ꝛ ſi poſſibile eẽt ꝙ vn⁹ oĩu3 ho-
minũ pctoꝝ pctã hreť · ꝛ oĩ die milleſies il-
la ppetraſſet · adhuc mĩa dei ꝛ bonitas ma
ioꝛ eſt. Uñ Berñ · Sicẽ enĩ ſcintilla ĩ me-
dio maris · ſic oĩs malicia hoĩu3 ad mĩam
dei compata. Sꝫ diceres vñ venit ꝙ deus
multĩ peccatoꝛib9 ꝛ tam peſſimis ꝛ prauis
miſericoꝛs eſt · an ꝓpter merita eoꝛum hoc
facit. Reſpondeo ꝙ non ſed ex mera ſua
bonitate h̃ facit. Uñ ps̃ · Confitemĩ dño
qm̃ bon⁹ qm̃ in ꝛc · Si enĩ pctõres cogita-
rẽt bonitatẽ dei · ꝙ ad nulla noſtri indiget
ſed ex ſua infinita bonitate nr̃i miſeretur
tunc coꝛ peccatoꝛis neceſſario liquefieret
quia cognoſceret ꝙ deo nunq̃3 ad plenu3
regratiari poterit ꝛ tũc peccatoꝛ qñq3 mag

accept⁹ erit q̄ ſi fortaſſiſ nūq̄ mortalit̓ pec
caſſet·ſed ſemꝑ ſegniter vixiſſet·⁊ tales pec
catores qn̄q̄ erūt feruentiores ceterꝭ. Vn
de Greg⁹ Fit plurimū gratior deo amore
ardens vita poſt culpam·q̄ ſecuritate tor
pens in īnocentia. Qui enī diceret ꝙ ſolū
modo chriſt⁹ totiēs peccata dimitteret· q̄t
ſunt ſtelle celi. priuare eū vellet magno ho
nore·q̄ꝛ peccata traxerūt eū de celo in vte
rum v̓ginis·⁊ d̓ vtero virginis in hūc mū
dum·⁊ de mūdo in crucē. Vn̄ Gregori⁹.
Beata peccata que talē charitatiuū redē
ptorem traxerūt qui nos tam charitatiue
oī hora vult recipere. Vn̄ Amb· ſuꝑ Lu
cam. Vide inquit q̄ magn⁹ bonus eſt de
us·⁊ q̄ facilis eſt indulgere·nouit ſenten
tiam mutare·bn̄dictionē dare·ſi tu nouerꝭ
delictum emēdare·nec ſolū ablata reſtitu
it·ſed etiam inſpirata concedit. Vn̄ Ber
nardus in ſermone q̄ incipit: Mīcordias
dn̄i in eternū cantabo. Miſeratio tua do
mine ſuper me·non enī poterit explicari·q̄
benigna·q̄ liberalis·q̄ gr̄tuita fuerit. Ego
peccabam ⁊ tu diſſimulabas· nō contine
bam a ſcelerib̄·⁊ tu a v̓berib̄ abſtinebas
ꝓlōgabā multo tp̄e iniq̄tatē meā ·⁊ tu do
mine pietatē tuā. Nā tanta eſt bonitas
dei·ꝙ ex bonitate ſua que infinita eſt· totū
reatū hoī dimittit. Vn̄ Bern̄· Sic indul
ſit mihi deus ex toto·⁊ tam liberalit̓ omnē
remiſit iniuriā·vt nec dānaret vlciſcendo·
nec confunderet improperādo·nec etiā mi
nus diligat imputādo. Qui ſic cogitat bo
nitatē dei·⁊ mīam ſuam· nullo modo de
ſperat de venia ⁊ ſaluatione ꝓpria. Se
cundo q̄ꝛ neſciūt ponderare q̄d ſit pecca
tū. Pro quo ſciēdū ꝙ pctm̄ ſtat in h̓ ꝙ
homo cū p̄meditata rōne ſcient̓ ⁊ volūta
rie ⁊ libenter abſq̄ contradictiōe rationis
auertit ſe a deo ſuꝑ res defectuoſas ⁊ cum
deliberato ꝓpoſito· q̄ꝛ ſi hō tot accurrētes
cogitatiōes haberet·quot ſunt arene marꝭ
⁊ tam male eſſent ⁊ enormes·ſm̄ ꝙ cor co
gitare ⁊ imaginari poſſet· etiam vndecū q̄
eſſent·ſiue de deo·ſiue de ſanctꝭ·ſiue de hoī
bus·ſiue de alijs creaturꝭ ·⁊ ꝙ homo etiam
iſtas per longū tp̄s hr̄et ꝑ annū ſcilicet vel
per maius tp̄s· ſi niſi ratio reluctaret ⁊ ſꝑ

diſplicētiā haberet·ſic ꝙ nō caderet ſuper
iſtas voluntarie cū deliberato aīo· tūc nō
eſſet peccatū mortale ·⁊ hoc vtiq̄ verū eſt
ſm̄ ſacram ſcripturā quā ſp̄ūſanct⁹ locu
tus eſt. Vn̄ Greg⁹· Non eſt cogitatio taꝫ
īmunda que mentē polluat·ſi ratio nō cō
ſentit. Modo hic incluſus eſt vnus ſtimu
lus qui eſt ſatis acutus· ſcꝫ qn̄ illa ſagitta
peſtifera cogitatiōis fit·⁊ homo cū aliqua
li delectatione ſuꝑ hanc cadit ·⁊ ſuiipſius
obliuiſcit̓ ⁊ nō ſtatim ⁊ īmediate ſe auertit
a tali delectatiōe· tūc timet ꝙ cū volūtate
⁊ ratione ſuꝑ illam ceciderit ·⁊ ſic ſuiipſius
oblitus peccatū mortale cōmiſerit. Et ta
men hoc non ſic fit· q̄ꝛ ſm̄ ſacram ſcriptu
ram ratio ſepius ꝯuenit̓· tam cū talib̄ ſa
gittis cogitationū·q̄ etiam cū delectatio
ne anteq̄ ratio ſuiipſius recte aduertit·et
quando bene ⁊ recte aduertit cuꝫ bona ra
tione ⁊ deliberatiōe·tunc enim poteſt reci
pere vel reſpuere·⁊ ſic peccare ⁊ nō peccare
Vn̄ Bern̄·in quodam ſermone. Poteſt
inimicus excitare cogitationis motum·ſed
in te eſt·ſi volueris dare vel negare cōſen
ſum·⁊ ergo boni homines non debent nimi
um terreri in talibus cogitationibus inci
dentibus·ſaltem de peccato mortali·quia
ſm̄ Aug· Nullū eſt peccatuꝫ niſi ſit volū
tarium. Vnde etiam Rich· Mortale pec
catum inq̄ſitum mihi videtur nō poteſt cō
mitti ſine grandi corruptione ſui ſine gra
ui leſione proximi ſiue ſine magno contem
ptu dei. Nam ſi Eua ſola peccaſſet nihil
nobis nocuiſſet·⁊ ſic quicquid habet inſpi
rationis ſenſualitas ſine pleno cōſenſu ra
tionis non attingit peccatum mortale.
Tertio ꝙ non poteſt ponderare quid ſit
contritio ⁊ penitentia. Nam contritio eſt
virtus que delet homini peccata qn̄ eſt ve
ra ⁊ diſcreta·p̄s· Cor contritum ⁊ humi
liatum deus nō deſpicies. Vn̄ etiā ſctūs
Bern̄·dic̄·ꝙ inordinata ⁊ indiſcreta cōtri
tio deo diſplicet. Nam ille malus Cayn
etiā habuit ꝯtritionē·tn̄ ſine mō ·q̄ꝛ dixit
Maior eſt iniq̄tas mea q̄ vt veniā mere
ar. Judas etiaꝫ penituit·ſ nimis indiſcre
te· quia deſperauit ⁊ laqueo ſuſpendit ſe·
Sic hō aliqn̄ venit ī inordinatū dolorem

ꝙ dicit ad ſeipſum: O deus ad quid viuo
ad quid natus ſum ·quare non mortuus
ſum·⁊ ſic de conſimilibus multis. Et plus
aliqñ homo offendit deũ cũ iſtiſ ꝗ̃ cũ aliȷ̄ſ
peccatis · etiam ſi non eſſet ibi peccatum.
R ¶ Ergo qui vult vere conteri debet ha
bere humilitatem in ſeipſo ⁊ diſplicentiaꝫ
peccatoꝝ·⁊ totã fiduciã in deo· Pſ. Spe
rantem aũt ĩ dño mĩa circũdabit. Unde
habet̃ in decre· Deſperandũ nõ eſt in pñſen
ti vita·xxxij·q·ij·Ancillam. Uñ Chryſo
ſto· Peccata pterita nõ condẽnant·ſ nec
iudicant·hoc breui leui addito·ſi non pla
cent. Uñ etiam Aug⁹· Non nocẽt mala
pterita ſi nõ placent. Uñ Iſido·de ſum·
bo·Non deſperes de ſalute·ſi conuẽterĩ ad
meliora. Qui enĩ veniam de peccatĩ deſpe
rat·plus ſe de deſperatiõe ꝗ̃ ſceleris com
miſſione damnat. Deſperatio eniꝫ auget
peccatum. Deſperatio nanqꝫ peior eſt om
ni peccato. Uñ etiã dicit̃ in decre· Judas
magis peccauit deſperãdo ꝗ̃ chriſtũ tradẽ
do·ideo damnat⁹ eſt ſeipſum occidendo·
xxiij·q·v· Si nõ licet·⁊·c· Tu dixiſti·ð pe
niſ·iij· Inter hec hircũ·⁊·§· Judas·et·§
S Inter oĩa ſceleratioꝛ. ¶ Sed ꝗ̃tũ ad
ſecundũ ſciendũ ꝙ tales hoĩes habent ſex
defectuſ·qui ſic ſtant aridi·tribulati·pleni
paſſionib⁹ iam dictis. Primus defectus
ꝙ tales hoĩes valde difficulter poſſunt di
rigi·quia vix credunt aliq̃bus quib⁹ crede
re tenentur·ſ·illis qui poſſunt eos conſola
ri. Et h̃ ꝯtingit ex nimio cordiali ve ſine
dolore·in quo ſemꝑ ſine intmiſſione ſunt·
libenter tñ conquerunt̃ vt conſolarent̃ in
defectibus ⁊ tribulationib⁹ ſuis · ſed ꝗ̃to
plus de his loquũt̃· tanto plus defect⁹ illi
creſcũt. Illi iam dicti deberent eligere vnũ
diſcretũ ⁊ doctũ confeſſorẽ· qui hoc habe
ret ex ratione ⁊ ſacra ſcriptura· qualit̃ de
beret eos informare·⁊ huic tenent̃ etiã ſine
omni dubio credere ⁊ eius informationeꝫ
ſequi·quia deus hoc requiret ab eis in ex
tremo iudicio·ſi ſanã doctrinã ſequi nolũt
⁊ informari renuunt· ſi ſcꝫ innitunt̃ ſuiſ cõ
ceptib⁹ qð eſt ſignũ elatę mentĩ. Secũdus
defectus eſt ꝙ tales habẽt timorẽ indiſcre
tum ⁊ non rectũ·timẽt enĩ ⁊ apparet eis ·ꝙ

nunqꝫ recte confiteant̃·ꝗ̃ diligenter enim
⁊ ſtudioſe·⁊ etiam ꝗ̃tumcũqꝫ perit⁹ confeſ
ſoꝛ eſt·⁊ ꝗ̃tumcũqꝫ poſſe ſuũ faciũt·nunqꝫ
tamen habent quietũ coꝛ·⁊ hoc ideo venit
quia neſciũt q̃d teneant̃ confiteri. Quia
ſm ſacram ſcripturã homo tenetur ex pꝛ̃ce
pto in ſpeciali peccata mortalia confiteri·
venialia aũt in generali. Unde oĩno con
ſulendũ eſt talibus reſiſtere hmõi curioſi
tati ⁊ poſtponere hunc mentis timorem et
inquietudinẽ. Nam ſm Aug· Qñ pecca
toꝛ illa duo facit·ſcilicet ꝙ primo bene pꝛę
meditat̃ cum diligentia peccata ſua ·⁊ re
ducit ea ad memoriã·meditãdo·ſtudẽdo
vel ſermoneſ audiẽdo. Secũdo ꝙ oret de
um vt ſibi det cognoſcere ſua peccata·qꝛ li
benter velit ea confiteri·tũc aut de⁹ dat ſi
bi cognoſcere ſua peccata pterita ·aut in
dulget oĩa quę ſcit ⁊ quę neſcit. Et qñ ſic
peccatoꝛ ſuã diligentiã fecit accedẽs ſic ad
confeſſionẽ·oĩno debet ſperare oĩuꝫ pec
catoꝛũ ſuoꝝ remiſſionẽ·ſi vult mĩam con
ſequi. Unde Amb· Non põt agere pęni
tentiam qui nõ ſperat indulgentiã· imo ſi
quis centieſ confiteret̃·ſi nõ habet ſpem ꝙ
deus ex ſua mĩa velit ſibi oĩa peccata ſua ĩ
dulgere·nullam indulgentiam conſequet̃
Unde Aug⁹· Pęnitentia quę ex fiducia
non procedit·inutilis eſt ⁊ ſterilis manet ⁊
ſine mĩa. ¶ Tertius defectus eſt·ꝙ ta T
les ſcrupuloſa cum conſciẽtia volunt in
ueſtigare vtrum ſint ſine peccato mortali·
qð tamen nullus poteſt certitudinalit̃ ſcire
niſi ex ſpeciali diuina reuelatione. Unde
Eccĩs·ix· Neſcit homo vtrum amore vel
odio dignus ſit. Ergo ſufficere debet tali
bus ꝙ ſeipſos probẽt ⁊ examinent ·⁊ ſi nõ
ſcient ſe reos nec conſcios in aliquo pecca
to mortali·cum hũilitate tamen adhuc ti
mere debent ne deo conſcij ſint in aliq̃ qð
ſeſe lateat·nam deus vult vnũquẽqꝫ no
ſtrum incertum eſſe · vt humiliem⁹ nos et
ſtemus quotidie in timore dei. Uñ Eccl·
xxvij· Si non in timore dñi tenueris te in
ſtanter ſubuer·do·t·ci· Unde Bernard⁹
Connexa ſunt quidem timoꝛ ⁊ religio·nec
manere poteſt alterum ſine altero. Nam
ſi homo eſſet cert⁹ de gratia·tũc ex elatiõe

mentis poſſet grauius ⁊ ꝑiculoſius cadere ꝙ̄ vult deꝰ nos ſic ī dubio ſtare. **Quartus** ē ꝙ tales aliqn̄ indiſcrete murmurāt contˀ deū·⁊ hoc venit ex magna tribulatiōe in qua ſempˀ ſtant·ipſi enī non ſunt multū exercitati in alijs tribulationib9. Ergo eis contingit ſicut q̇ iuuenē equū vellet ligare ad currū trahendū·ille recalcitrādo primo adeo laborat ꝙ macreſcit· qn̄ aūt videt ꝙ aliter eſſe nō pōt·tūc quiete iugū ſubit·ſic fit ⁊ illis qui q̄zdiu ſunt in pugna cōtra h̄· tunc fit eis talis tribulatio valde amara· ⁊ tn̄ oportet eos pati ⁊ ſufferre vſq̄zdū miſericors deus reſpicit ipſoꝝ laborē ⁊ patientiam· qꝛ ſcit qn̄ eis expediat ꝙ eos ab h̄ alleuiet onere·ergo nihil melius ad hoc ꝓficere pōt·niſi ꝙ patientˀ ⁊ humilitˀ quiſquis flagellum dn̄i ſuſtineat·⁊ ſe dignū iudicet afflictione ⁊ labore ⁊ pugna ·⁊ patientˀ toleret·confidens ꝙ ei ꝓueniet in bonū·quia ſic citius placabilis erit dn̄s. Nam cū deo nō poſſumꝰ contendere· nec ꝑ iuſticiā ſecū agere quia peccatores ſumꝰ·nec per potentiam·quia infirmi ⁊ ſerui eius ſumꝰ·nec aufugere ab eo per aſtutiam· qꝛ nuſq̄z coram eo latere poterimꝰ·nec dominij t̄minos eiꝰ exire. **Vn̄ pſ·** Quo ibo a ſpū tuo·⁊ quo a facie tua fugiā. Si aſcēdero in celū tu illic es·ſi deſcēdero ad infernū ades. Ergo nihil reſtat amplius niſi vt humiliemꝰ nos coram ipſo·⁊ recurſum habeamꝰ ad beatā virginem Mariā ⁊ ad ſuffragia ſanctorū ⁊ etiā ad orōnes bonoꝝ hominū quouſq̄z deus miſereatˀ noſtri. **Quintꝰ** defectꝰ eſt ꝙ nihil intm̄ nocet iſtis hoīb9 qui ſic tēptātur ⁊ tribulantˀ·ſicut ꝙ illis oībus importunis ⁊ malis ſuggeſtionib9 ⁊ ꝑuerſis inſpirationib9 volunt aures inclinare·volūtq̄z eis reſpondere ⁊ cū ratione ſempˀ diſputādo eis reſiſtere. Ab illo enī debet ſe vnuſquiſq̄z cauere ſicut a morte· quia ſic ratiocinādo ⁊ ad incontrariū in ſeipſo cum ratione diſputando·vel temptatio ipſa īualeſcit ⁊ augetur·vel ipſe diſputans minus ꝓuidus in perplexitatē deducitur· ergo q̄zcito quis percipit talem ſibilationē vel ſuggeſtionē·tamcito debet ſe ab illo totaliter auertere·⁊ interim aliquid boni cogitare·ſiue de paſſione chriſti·ſiue dˀ gaudijs celi·ſiue de penis inferni·ac ſi diceret ad h̄ Sit tibi tua ſibilatio prauiſſime hoſtis·nihil ad me·tu es ad hoc nimis malꝰ·ꝙ ego velim tibi ad hanc ſibilationē reſpondere Et tunc fit ꝙ q̄zto minus curat·tanto citius ab hoc liberatur vel iterum quouſq̄z ex toto habeat auerſionē ab illo. Et iſta verba nō poſſunt intelligere· niſi iſti homines qui tales predictas temptationes patiuntur. ¶ **Sextus** defectus eſt·ꝙ q̄zto tp̄s eſt ſanctius ⁊ homo libentius deuotionē haberet vt ſic ſe ad deum deuote conuerteret·tunc tanto minus habere deuotionē poſſunt. Et illa tribulatio maior eſt vno tempore q̄z alio· Vn̄ accidit ꝙ qn̄q̄z vnū pater noſter non poſſunt deuote orare ſine tali mala ſibilatione ⁊ inſpiratiōe. Et tūc tales veniunt aliquando in impatientiā ⁊ errorē·ſic ꝙ orationē poſtponūt·⁊ dicūt ad ſeipſos·quando ſic ſunt aridi a gratia ⁊ deſolati · nec aliquam deuotionem ſentiunt·quid credis ꝙ iuuet te oratio illa·q̄ ſic ex arido corde procedit ·⁊ ſic orationē dimittunt·⁊ in hoc ſatis iniuſte ⁊ inſipienter faciunt. Tunc enī ſatiſfaciūt diabolo· qui nihil aliud querit niſi quō poſſit hominem in ſpūali opere impedire. Sciendum ꝙ homo ꝓpter illam ariditatem ⁊ ſue mentis deiectionem non debet dimittere orationes ⁊ alia bona opera ⁊ bonas meditationes·nam ſapidum ⁊ acceptum erit deo hoc opus bonū ·quia qd̄ deficit homini in deuotione·hoc illa ariditas ſupplet coram deo. Nam illa aduerſitas ⁊ ariditas clamat ad deum·⁊ ꝓuocat eum citius ad miſericordiam. Exemplum ſicut infirmus iacens in agone mortis qui vix poteſt loqui· cuius locutioni homo attentius attendit· ⁊ citius exauditur ī his que poſtulat qn̄q̄z q̄z ſi ſanus eſſet·ſic eſt ⁊ de deo. Ergo nulla bona opera ſunt ꝓpterea dimittēda ſiue orationes ſiue ieiunia ſiue genuflexiones· ſiue vigilie·ſiue alia bona exercitia. ¶ **Quantum** ad tertiū queritur ex quo ſic eſt ſm̄ ſacram ſcripturam·ꝙ illis qui habent bonam voluntatem deo ſeruiendi·nec ſciunt ſe reos in aliquo actuali mortali peccato·

vel ſaltem nituntur ſe cuſtodire ſm poſſe
ipſorum· vt deum non offendant·⁊ qñꝫ
etiam iuuenib⁹ hoib⁹ qui non grauit᷑ pec/
cauerunt accidit talis temptatio ⁊ tribula
tio·quare mĩcors deus talem tribulatio/
nem ſuper tales bonos homines permittit
quia cõmuniter loquendo·tunc nulla paſ
ſio corporalis poſſit eis accidere ꝗn potius
ſuſtinerent ꝗꝫ illam tribulationem. Reſpõ
deo ꝙ deus permittit hoc ex ſua bonitate·
⁊ pro eoꝝ vtilitate. Nam deus cognoſcit
quid eſt in homĩe·⁊ quid prodeſt vel obeſt
homini·modo aliqui ſunt ex natura elate
mentis ⁊ illi per aliquod occultum donuꝫ
dei vix citius poſſunt induci ad humilita/
tem que eſt initium ⁊ fundamentũ omniũ
virtutum·ꝗꝫ per talia inconſueta inciden/
tia·quia timent tunc conſequenter poſt ta
lia inconſueta incidentia·ibi eſſe incõſue/
ta ⁊ inaudita peccata. Sed hoc non eſt·qꝛ
homo ĩ vna cõplacentia ſuiipſi⁹ poſſet de/
um plus offendere·⁊ plus deformis coraꝫ
deo fieri·ꝗꝫ ſi centuꝫ milia peſſima incidẽ/
tia vna die ſibi inciderent contra ſuaꝫ vo
luntatem. Et hoc manifeſtum eſt in ſupre/
mo angelo·ſcilicet lucifero·qui ꝓpter ela/
tionem a celo eiect⁹ eſt· Sic cõtingit qñꝫ
ꝙ homo non vult ſeipſuꝫ cognoſcere ꝓpt᷑
elationem mentis·qui tamen poſtmoduꝫ
ſic deducit᷑ in cognitionẽ ſuiipſius·vt qui
ante alios contempſit·poſtmodũ cogno/
ſcit ſe dignũ eſſe contemni·modo quid po/
teſt homini magis preparare viam ad ſalutẽ
ꝗꝫ illud·quia impoſſibile eſt ꝙ vnꝗꝫ verus
humilis damnet᷑. Item ſciendum·ꝙ ho/
mines ſimplices qui non habent ex ſcien/
tia nec ex vite experiẽtia·opinantur ꝙ ta/
lis ariditas ⁊ tribulatio ſemper ꝓueniat
ex demerito peccati. Et hoc non eſt verum
quia prout continue cernimus ⁊ in ſcriptu
ris reperimus·tũc multotiens ſancti ⁊ de/
uoti homines his tribulationib⁹ tribulan/
tur·⁊ ſepe luxurioſi·auari·ſuperbi·guloſi·
⁊ vſurarij·⁊ alij multi homines his ſuppor
tati ſunt. Etiam qñꝫ aliquib⁹ accidit tri/
bulatio talis in iuuentute·cum adhuc mo
dicũ ⁊ non grauiter peccauerũt. Si auteꝫ
hec tribulatio ⁊ ariditas ſm tuam eſtima/
tionem vel ſm veritatem tibi veniſſet pro
culpa tua·in h̄ deus laudanduſ eſſet·quia
inter oĩa ſm ſcripturam maximã oſtendit
hmõi charitatẽ qñ eũ ꝓ culpa ſua tali gra
ui punitiõe punit. Secũdo he tribulatio/
nes ⁊ ariditates ⁊ paſſiones ꝑſeruãt a rui
na peccatoꝝ·qꝛ ipſi intantum occupantur
cũ iſtis ꝙ obliuiſcunt᷑ ſuperbie·luxurie·gu
le·⁊ adeo etiam ꝙ nec diuitias nec hono/
res appetant. Unde dicit dñs ꝑ ꝓphetam
Sepiam viam tuam ſpinis. Tertio pro/
mouent ad ꝟtutes ⁊ ad ꝑfectum ſpũalem
qꝛ cũ intantũ ꝑmunt᷑ anxietate ꝙ non poſ/
ſunt habere requiẽ·tunc ſemꝑ querũt au/
xiliũ ⁊ ſubleuationẽ a deo ꝑ exercitia vir/
tutum·⁊ tũc deus ex ſua bonitate ꝑmittit
eos ſic ſtare aliꝗꝫ diu·vt cumulent ꝟtutes
⁊ efficiantur vas plenũ grãrum ⁊ ꝟtutum
Quarto minuũt purgatoriũ·nam ſi pecca
ſti tũc deus ex ſua bonitate vult te purgare
per illas tribulatiões in ꝑñti·vt in futuro
nõ puniar‑ꝭ. Unñ dicit᷑ in decre. Deus non
dimittit peccata impunita·de pe·diſ·j·
Quẽ penitet. Et multo facili⁹ eſt hic pati
⁊ ſatiſfacere ꝗꝫ in futuro. Unñ dr̄ in decre·
Igni in purgatorio nulla tꝑalis pena eſt
compabilis·diſ·xxv· Qui in aliud. Quin
to tales tribulatiões ꝑmiũ in celo augmẽ/
tant ſi patient᷑ ſufferunt᷑·naꝫ taleſ eſtimãt
ſe peccatores malos ⁊ magnos·⁊ ſũt qñꝫ
martyreſ corã deo·quia plus ledit ſic con/
tinue puniri ꝗꝫ ſemel decapitari. Modo
conſiderandũ eſt ꝙ bene deus oĩa diſpo/
nit·vt vnde hoĩes timeant ſe demereri ma
gnũ ſuppliciũ·inde habeant aliqñ magnũ
premiũ· Unñ ſm ſacraꝫ ſcripturã eſt ſignũ
magne gratie in ꝑſenti·⁊ glorie in futuro
que euenient talibus vt ſperandũ eſt. Er/
go non ſolum patienter ſed ⁊ letanter ſu/
ſtinende ſunt tales tribulatiões·quia chri
ſtus illam amaritudinẽ vult vertere in et᷑/
nam dulcedinẽ·ſicut contigit cuidam vir/
gini moniali·que ex permiſſione diña per
longum tempus in ariditate ⁊ amaritudi/
ne ſue mentis ſtetit·⁊ poſtmodũ chriſt⁹ eã
liberauit·⁊ ei magnam dulcedinẽ tribuit.
¶ Ultimo notandũ eſt·quoddam exẽ/ y
plum qd legitur in vitaſpatrũ·li·ij·ꝙ ꝗdã

impugnabat͛ a ſpū blaſphemie ⁊ erubeſce
bat hoc dicere. ⁊ q̄ſcūq͛ audiſſet magnos
hoīes ⁊ ſenes. ꝓgebat ad illos vt illis decla
raret. mox cum veniſſet ad eos iteruȝ vere
cundabat͛. Cū ergo frequent͛ ad abbatem
quendam veniret. vidit eum ſenex haben
tem cogitatiões. ⁊ dixit ei: Ecce frequent͛
venis ad me habens cogitatiões. ⁊ ſic iteꝝ
remeas triſtis tecū illas reportans. Dic ḡ
fili quid habeſ: At ille dixit: Blaſphemia
impugnat me diabolus. ⁊ erubeſcebā dicē
Et mox cū aperuiſſet ei cauſam. lenioꝛ im-
pugnatio ei apparuit. Et dixit ei ſenex:
Ne contriſteris fili qn̄ hec cogitatio venit
ad te. dic: Ego cauſam nō habeo blaſphe
mie. ſup te ſathanas ſit illa. hanc enī cau
ſam aīa mea non vult. quamcūq͛ enī cau
ſam aīa nō voluerit. nō diu ꝑmanebit. et
ita ſanus factus frater ille diſceſſit.

¶ Dominica. iiij. poſt Epipha-
nie. Sermo. xxx.

S Inite vtraq͛
creſcere vſq͛ ad meſſem. ⁊ tpe
meſſis dicam meſſoribꝫ. colli
gite ꝑmū çiçaniā ⁊c. Math. xiij. Scien-
dum q̄ i celo ſūt ſolūmodo boni. in infer-
no aūt ſolūmodo mali. ⁊ in mundo mixti
ſunt ⁊ hi ab initio mūdi vſq͛ ad finē nūq̄
ex toto ſepabūt͛. Ergo dic͛: Sinite vtraq͛
creſcere. Unde in p̄nti ſermõe tria ſūt di
cenda. Primo quō ab initio boni ⁊ mali
ſemꝑ ſimul vixerūt. Secūdo q̄re iā ſimul
viuūt boni ⁊ mali. Tertio quō ſe hr̄e debe
ant boni. ne cohabitatio maloꝝ eos a ſa
A lute impediat. ¶ Quantū ad ꝑmū ſciē
dum. q̄ ab initio mūdi boni ⁊ mali ſemper
ſimul vixerunt. Hoc ſic probatur. Nam
Adā duos filios habuit ſcȝ Cayn ⁊ Abel
quoꝝ alter malus. ſcȝ Cayn. qui fratrem
ſuū Abel bonū ⁊ iuſtū occidit. Item Noe
tres filios ſecū habuit in arca qn̄ diluuiuȝ
venit. ſ. Sem Cham et Japhet. quorum
duo in hūilitate vixerūt. ſed tertius poſt-
modū irriſoꝛ patris fact⁹ eſt. Abraam du-
os filios habuit. quoꝝ vn⁹. ſ. Hiſmael ꝑ-
ſecut⁹ eſt ꝑhrū Iſaac ⁊ fidelē. Item Iſaac
duos filios habuit. quoꝝ vn⁹. ſ. Eſau re-
probat⁹ eſt a deo. ⁊ Jacob a deo electus.
Itē Jacob duodecī filios habuit. ex illis
decem vendiderūt Joſeph iuſtū frēm eo-
rū ⁊ deo charū. Chriſt⁹ duodecim apl̄os
habuit. quoꝝ vnus traditoꝛ fuit. Unde
dicit͛ in euāgelio: Nõne elegi vos duode
cim. ⁊ vnus ⁊c. Sic adhuc modernis tem-
poribꝫ vſq͛ ad finē mūdi boni ⁊ mali ſimul
viuūt. Et h̄ in oī ſtatu: Nam inter ꝑnci-
pes ſūt aliqui boni ⁊ aliqui mali. Similit͛
int͛ milites ⁊ inter ciues ⁊ ruſticos. ⁊ etiam
inter mechanicos. Similit͛ int͛ ſacerdotes
⁊ religioſos. Similit͛ int͛ ſeruos ⁊ ancillas
⁊ ſic de alijs. Hoc naturalit͛ poſſum⁹ intel
ligere. q̄ boni ⁊ mali hic ſimul viuūt ⁊ cre-
ſcunt. Nam flores creſcūt cū ſpinis. auruȝ
cū cupro. ſtannū cum argento. fex cū vino
palea cū grano. ſic q̄ vnū non creſcit ſine
alio. ſic etiā inter hoīes eſt ī iſto mundo.
Quantū ad ſecūdū. tunc querit͛. quare B
deus malos ꝑmittit viuere cū bonis in p̄-
ſenti vita vſq͛ ad finē ſeculi. Rn̄det͛ q̄ p̄-
mo ideo vt boni ꝑ malos purgent͛ ⁊ ꝓben-
tur. Ps. Multe tribulatiões iuſtorum.
Glo. Qui nō patit͛ non eſt iuſtus. Unde
etiā apl̄s. Oēs q̄ volūt pie viuere ī chriſto
Jeſu ꝑſecutionē patiūt͛. ſ. a malis. Unde
chriſt⁹ dic͛ in euāgelio. Si me ꝑſecuti ſunt
⁊ vos ꝑſe. Et hec ꝑſecutio vno mō fit verb
vt cõuitiando. obloquēdo. irridēdo. ma-
ledicendo. Alio modo illa ꝑſecutio fit ī re
bus ⁊ in ꝑſonis bonoꝝ hominū. ſ. ſpolian-
do eos ī rebus vel ꝑcutiēdo vel vulneran-
do in corpore. ⁊ ſic tūc boni ſunt dicti beati
Un̄ dicit chriſt⁹ in euāgelio: Beati eſtis
cū maledixerint vobis hoīes ⁊c. Ergo mali
hoīes ſunt vtiles. etiam ſi nō ſaluant͛. quia
purgant bonos a rubigīe vitioꝝ. ⁊ p̄pant
eos ad ꝑcipiendū coronas martyrū. quō
enī eſſent tot martyres ſi nō fuiſſent bono
rum hoīuȝ ꝑſecutores. Quō enī ſanctus
Stephan⁹ hr̄et coronā martyrū. ſi nō fuiſ
ſet a prauis iudeis lapidat⁹. Similit͛ bea-
tus Petrus apl̄s ſi nō fuiſſet ab iniq̄ Ne
rone crucifixus. Similit͛ iniqu⁹ p̄fect⁹ Va
lerian⁹. beatū Laurētiū martyrē fec. Si-
milit͛ Datian⁹ iniquus ſanctū Corneliuȝ
ad palmā martyrij ꝑduxit. ⁊ ſic de alijs.

Secũdo boni ⁊ mali hic ſimul viuunt vt
boni ex hꝰ glioſiores in futuro appareant.
Vñ Job cõmendatur ex eo· ꝙ inter malos
ſeruauit inocentiã ſuã ⁊ iuſticiã. Sic ſimi-
liter cõmendandus erit· qui inter malos be-
ne viuit. Nam ſicut vituꝑabile eſt inter bo-
nos hoĩes male viuere· ſic econuerſo lauda-
bile eſt inter malos hoĩes bene viuere· vnde
magna gloria erit tibi cũ inter ſuꝑbos es hu
milis· ⁊ inter iracũdoſ es mitis· ⁊ inter luxurio
ſos es caſtus· ⁊ ſic de alijs· et ſignanter cũ be-
ne potuiſſes malefeciſſe· ⁊ ꝓpter deũ te abſti-
nuiſti. Vñ Eccl· xxxi· Qui potuit tranſgre
di ⁊ nõ eſt tranſgreſſus· ⁊ facere mala ⁊ nõ
fecit· qͥs eſt hic ⁊ laudabimꝰ eum? Tertio
mali cũ bonis viuũt in pñti· vt ipſi mali ꝑ
exempla bonoꝝ ⁊ correctiones ⁊ admoni-
tiones emendentur· ⁊ etiã boni fiant. Naȝ ẽ
ſignũ bonitatꝭ dei qui vult oẽs ſaluos fieri
ideoqȝ malos cũ bonis hic ꝑmittit viuere·
nam plures ſũt conuerſi ⁊ boni effecti ⁊ ſal-
uati quos deus hic diu tolerauit cũ bonis
qꝛ alias fuiſſent damnati· ⁊ ſic paſſio chri
ſti ⁊ oĩa bñficia eius eſſent in illis fruſtrata
Eſa· Propterea expectat nos vt miſereatur
nri. Ps· Longanimis ⁊ multũ miĩcors.
Quarto mali cũ bonis viuũt· vt ſi ipſi ma
li nõ conuertantur· ꝙ in futuro ĩexcuſabiles
fiant. Vnde mali habent informationem
ꝑ auditũ quo ad verbũ dei· ⁊ qͣ ad viſum
ꝑ exempla bonoꝝ. ¶ Et iſta eſt ꝑncipa
C lis cauſa quare mali odiũt bonos in vita
pñſenti. Nam etiam iuſtis tacentibꝫ ex com
paratione tñ iuſtoꝝ vita maloꝝ arguitur
ꝙ inexcuſabiles ſũt ĩ ſuis pctĩs etiã in pñti
qḋ eſt magnũ grauamẽ. Sap· ij· Grauis
eſt nobis ad vidẽdũ· qm̃ diſſimilis ẽ alijs
vita illiꝰ. Boni· n· ꝑ opa ſua bona teſtãtur
ꝙ opa maloꝝ ſunt mala. Sicut fidelis me-
chanicus cum opere ſuo repͪhendit mecha
nicũ infidelẽ· ex eo ꝙ opa ſua cũ operibus
illius nõ concordãt. Sic ſimiliter intelligitur
de bonis ⁊ malis hoĩbus qͣ ad opa ipſorũ
Vñ Job· vij· Non põt mũdus odiſſe voſ
me aũt ⁊c. Vñ mali in futuro ſunt inexcu
ſabiles· nam hõ ſuperbus videt hic humi-
lem· qui fortaſſis fuit ditioꝛ pulcrioꝛ· nobi
lioꝛ· ⁊ tñ in hũilitate ꝑmanſit. Similiter lu-
xurioſus arguetur ab hoĩe caſto· ebrioſus
ab hoĩe abſtinẽte· iracũdus a mite· ⁊ ſic de
alijſ· ⁊ tũc tales obmuteſcẽt· qꝛ nihil habẽt
qḋ poſſunt rñdere· niſi ꝙ ꝓpria malicia eoſ
damnat. Quinto mali cũ bonis viuũt· ⁊
hoc ꝑ aſſociationẽ bonoꝝ. Nã ſi dñs pep-
ciſſet ſodomitꝭ ꝓpter decem iuſtos· ſi in eiſdẽ
qͥnqȝ ciuitatibꝫ ⁊ ĩ oĩ regione circũiacente
inuenti fuiſſent· multo magis iam dñs par-
cet malis ꝓpter ſocietatẽ bonoꝝ· Vñ qui-
libet malus regrãri debet deo ⁊ alijs boniſ
hoĩbus ꝓpter quoꝝ ꝑticipationẽ ⁊ ſocietatẽ
deus ſibi pñtem vitam tamdiu ꝓlongauit
¶ Quantũ ad tertiũ· ſ· quõ boni ſe ha- D
bere debeant qͣ ad cohabitationẽ malorũ
ne eos a ſalute eoꝝ impediãt. Dicẽdũ ſcḋm
Guil· lugdu· ꝙ boni qͥnqȝ debẽt hĩe. Pri-
mo vt neminẽ ſuo malo exẽplo corrũpant
in quo multi peccãt qui ꝓximũ ſcãdalizãt
non attendẽtes illud. Matth· xviij· Ve
hoĩ per quẽ fit ſcandalũ. Vnde ſciendum
ꝙ quidam diabolici hoĩes qui poſtq̃ vi-
dent aliquẽ hoĩem impatientẽ· ꝓuocãt eũ
ad iram· etiam qñqȝ ad blaſphemandum
deum ⁊ maledicendũ ꝓximo nõ verentes
ſpũaliter mortificare ꝓximũ in aĩa· neqȝ con-
tumeliã dei curãt· ſed tales ſi incendiſſent
vnã domũ de palea· ſe valde peccaſſe pu-
tarent· qñ xͦo incenderũt domũ ſpũalem
fratris ſui· ſe innocẽtes putant· ſed tamen
tales rei erũt oĩum peccatorũ que iſti ſic ꝓ-
uocati cõmittũt· ſiue iurãdo ſiue blaſphe-
mando ſiue etiam in corpore lędendo. Se
cundo neceſſariũ eſt· vt caueant ſe ne ab
alio corrũpantur· quia ⁊ corrumpe ⁊ corrum
pi vitiũ eſt. In hoc quidem multi errant· qꝛ
ſi vident aliquod malũ ab aliquo fieri· il-
lud volunt imitari· contra illud ps. Noli
ęmulari in malig· Ergo quilibet ſemꝑ de-
bet attendere vitam bonoꝝ ⁊ non malorũ
⁊ hoc merito· quia ſi vis in futuro cum bo-
nis pͣmiari· tunc ratio dictat ꝙ in pñſenti vi
tam eorum debeas imitari. Vnde Iſido·
ḋ ſum· bo· Ad conuerſionẽ mortaliũ multũ
proſunt exempla ſanctorũ. Reprobi autẽ
non attendunt documenta bonorũ qͥ mit-
tentur ad melius· ſed ꝓponũt ſibi exempla
malorũ quibus ad ſuoꝝ morũ ꝑuerſitatẽ

vtuntur in peius· tales excuſant ſe dicẽtes
Multi faciũt h̃· ⁊ iam ꝯſuetudo ẽ· ⁊ ſic vo
lunt ſe excuſare. Contra q̃s dicit Hiero·
ad Ruſticũ: Nequaq̃ʒ conſideres ꝙ alij
mali faciãt· ſed quid tu boni facere debeaſ
neq̃ʒ peccantiũ ducaris multitudine ne te
ꝑeuntiũ turba ſollicitet. Itẽʒ tales attẽde
re deberẽt qḋ dic̃ chriſt⁹ in euãgelio Mat·
vij· Lata ⁊ ſpacioſa eſt via quę ducit ad
ꝑditionẽ· ⁊ multi ſũt qui intrant ꝑ eaʒ. Et
econu̾ſo dic̃· Anguſta eſt porta· ⁊ arta via
quę ducit ad vitam· ⁊ pauci ſũt qui ambu
E lant eam ¶ Sed diceres ante centuʒ
ãnos hoc factũ eſt vel h̃· ſ· ꝙ hoĩes choriça
uerũt· ſupbas veſtes induerũt· ⁊ tabernas
intrauerũt ⁊ ſe inebriauerũt. Rñdeo ꝙ an
te cẽtũ annos hoĩes etiã ĩ infernũ intraue-
runt· nam illicitũ factũ qḋ eſt ꝯ deuʒ per h̃
non excuſatur· ꝙ ex mala conſuetudine ꝑ
petratũ ſit· Unde Iſido· Cõſuetudo au
toritati cedat· prauũ vſum lex ⁊ ratio vin-
cat. Unde quilibet attendere debẽt exem-
pla bonorũ vt inde ꝓficiat· Unde Amb·
Sanctoꝝ vita eſt ceteris norma viuendi·
Unde etiam Greg⁹· Nunq̃ʒ peccatores
ad lamentũ pęnitentię redirẽt· ſi nulla bo
norũ eſſent exempla quę eorũ mentẽ trahe
rent. Tertio vt nemĩ malum vel iniuriam
inferãt. Unde Matth· vij· Oĩa quecũq̃ʒ
vultis vt faciant vobis hoĩes ⁊c· Unde
etiam Tob· iiij· Qḋ ab alijs oderĩ tibi fie-
rĩ· ne tu alijs faciaſ. Hoc enĩ attendenduʒ
eſt in oĩ actione ꝙ iniuriaʒ alĩ non facias
neq̃ʒ in verbo· neq̃ʒ in facto · ſed ſicut tibi
ab alio vis fieri· ſic debes proximo facere.
Qḋ ſi quilibet quotidie aduerteret· multa
non fierent quę alias fiunt· q̄ꝛ nullus time
ret fraudem vel deceptioneʒ a ꝓximo ſibi
fieri· ſed oppoſitũ iam inuenitur. Uñ pſ·
Diminute ſunt veritates a filijs hominuʒ
Hoc patet q̄ꝛ vnuſquiſq̃ʒ heu iam nititur
decipe ꝓximũ· ⁊ iam frater fratri nõ ſeruat
fidem. Et ratio eſt· quia ſm apl̃m: Omẽs
quęrũt quę ſua ſunt. Quarto vt malum
illatum ab alio patienter ferat. Uñ Gre-
gorius in omel̃. Patientia eſt aliena ma-
la ęquanimiť tolerare· conta eum q̃ʒ q̀ ma
la irrogat nullo dolore moueri. Sʒ ſunt

aliqui qui ſe credunt eſſe bonos nec tamen
vnũ verbũ ꝓpter deũ ſuſtinere volũt. Uñ
Greg⁹· Qui a ſtatu patientię per lingua-
rum vulnera corruit· ipſe ſibi teſtis eſt ꝙ ꝯ
manifeſte ꝑſecutionis gladioſ nõ ſubſiſte
ret. Nam ſicut illi qui ſunt patiẽtes ſeruãt
animas ſuas· ſic ĩpatiẽteſ iſti ꝑdũt q̃ñq̃ʒ
ſeipſos· id eſt· corpus ⁊ aĩaʒ· Uñ refert ꝙ
valde periculoſum ẽ ex impatiẽtia diabo-
lũ noĩare· ⁊ ſeipſum ex ira eidem cõmenda
re. ¶ Unde legitur ꝙ quidam archidia F
con⁹ aurelianeñ· itur⁹ rhomã· rogauit quẽ
dam canonicũ vt ei accõmodaret ſuũ diſ-
penſatorẽ· quem in iſta via ſibi neceſſariũ
eſtimabat. Cum igitur dictus diſpẽſator
licet inuitus cũ archidiacono pergeret· ille
archidiacon⁹ qui erat auar⁹ cepit a dicto
diſpenſatore rationeʒ expenſarũ ita diſtri-
cte exigere· ꝙ vellet etiam vſq̃ʒ ad ſinglos
oboloſ computũ ꝑſcrutari· qḋ cuʒ moleſte
iſte ferret· ⁊ quadam die ꝑturbat⁹ ⁊ ex ver
bis archidiaconi exaſperat⁹ ſeipſũ demo-
nibus ex ira ⁊ impatiẽtia cõmendauit· eo-
dem die in tranſitu cuiuſdam fluuij cũ eq̃
ſubmerſus eſt· Inierat autẽ pdict⁹ diſ-
penſator pactũ cũ dño ſuo canonico· quiſ
ex ipſis duob⁹ prius moreret· infra trigin-
ta dies ſi poſſet ad alterũ rediret ⁊ de ſtatu
ſuo eum certificaret. Sequente igitur no-
cte cum dictus canonicus in ſuo lecto ar-
dente coram ipſo lampade vigilaret: ecce
diſpenſator ſuus coram ipſo aſtitit · ⁊ ca-
nonicus: bene veneritiſ inquit diſpenſator
meuſ· nũquid etiã redijt archidiacon⁹· nõ
inquit dñe· ſed ego ſolus redij iuxta conſti
tutũ ⁊ pactum vobis ꝓmiſſum · ⁊ ille quõ
tibi eſt. Rñdit mortuus enĩ ſum· ⁊ in maxi
mis tormẽtis ſum. Et canonicus ait· qua
morte defunctus es· Rñdit· ille archidia-
conus parcus ⁊ auarus me hodie ſup mo-
dum cõmouit ꝓpter ſuam parcitatẽ ⁊ diſ-
trictaʒ rationeʒ quã a me exegit· ⁊ ergo ex
ira cõmendaui me hodie demonibus ⁊ ſic
ſubmerſus ſum ab eis in fluuio · ⁊ tali cru-
deli morte defũct⁹ ſuʒ· ⁊ ait: Rogo vos vt
quoſcunq̃ʒ poteritis moneatiſ ne hoc vnq̃ʒ
faciant ꝙ ſe demonib⁹ ex ira ⁊ impatiẽtia
cõmendent· q̄ꝛ q̀ ſe ſic demonib⁹ cõmẽdat

dat eis ptãtem ſuper ſe ſicut ego hodie feci
B ⁊ poſt pauca diſparuit ¶ Quinto vt
vehementer eſuriat iuſticiam tam in ſe q̃ȝ ĩ
alijs. ⁊ vt vehement' deſideret ſalutẽ ꝓpriã
⁊ aliorũ. Unde Matth. v. Beati q̃ eſuri-
unt ⁊ ſitiũt iuſticiã. Et ad h' debet labora-
re. vt ſalutẽ ꝓpriam ſui ⁊ alioꝝ ꝓcuret. naȝ
maius ſacrificiũ eſt deo ꝙ ꝓpriam animã
cũ bonis opib⁹ ad ipſũ ꝑducas. q̃ȝ ſi aureũ
mõtẽ offerreſ. ⁊ cẽtũ monaſteria. ⁊ centuȝ
hoſpitalia ędificares. ⁊ tuam aĩam diabo-
lo traderes. Simili' ſi aĩam ꝓximi ad deũ
reduceres. ei maximũ ſacrificiuȝ ĩmolares
Vñ Greg⁹. in omel. xij. ſup Ezech. Nul-
lum oĩpotenti deo tale ſacrificiũ. quale eſt
h zelus vel ſalus animarũ. ¶ Unde exem
plum de bono viro qui reduxit deſperatũ
hominẽ ad deũ. Nam legit' ꝙ quidã pec-
cator enormis intantũ etiã exceſſit in om-
ni flagitio ꝙ ſimilis ſibi vix audiebat' vn-
de moriens deſperabat. Cui vir dei here-
mita quidã conſuluit vt confiteret'. Cui il-
le deſperat⁹ cũ Cayn dicẽdo ait: Maior
eſt iniq̃tas mea q̃ȝ vt veniam merear: Cui
heremita: Fili mi q̃s abyſſũ exhauriet miĩę
⁊ bonitatꝭ dei. nunq̃d virtus contritiõis et
deuotę confeſſiõis oĩa vincit peccata. Cui
peccator. magna ſunt quę aſſeris. Cui he-
remita. meipſum neſcio an ſim in peccatis
tuis. ⁊ vt ſecure poſſis agẽ pęnitentiã. opor
tet etiã ea oĩa te mihi publicare. Quo fa-
cto ſubdit heremita. nunquid doles fili ꝙ
deũ offendiſti. ⁊ hęc oĩa tuã confeſſionem
ſacramẽtalẽ aſſeris. cui ipſo annuẽte. ſuſ-
cepit abſolutionẽ ⁊ deuote expirauit. Tã
dem ille viro dei apparuit aſſerẽs ſe in ſta-
tu ſalutis eſſe. heremitę vo duplicia p̃mia
a deo repoſita. ꝓpt' charitatẽ ſuaȝ ⁊ infor-
mationẽ qua eũ reduxit d' deſperatiõe ad
viam ſalutis.

## Sermo de eodem

Criticũ congregate in hor-
reũ meũ Glo. i. bonos poſt hanc
vitã in ęterna gaudia. Vñ h eſt
dicendũ de nouẽ gaudijs cęli. Iſtum ser-
monem quęre infra ſermone. lxxxiij. K. et
eius exemplum.

¶ Dñica. v. Sermo. xxxi
de humilitate.

## Diſcite a me

quia mitis ſum ⁊c. Matth. xi.
Chriſto. Nullum violentũ per
petuũ. qui ergo in cęlis alte vult remune-
rari. non debet nec poteſt cũ violentia ꝓce-
dere ſed cũ virtute. ſed inter omẽs ꝟtutes
humilitaſ maxime exaltat. ⁊ alte remunera
ri facit. Ideo chriſt⁹ in verbis p̃miſſis am
monet nos ad imitandũ ſuã hũilitatẽ di-
cens: Diſcite a me. Unde in p̃ñti ſermõe
tria ſunt dicẽda. Primo de hũilitate. et
quattuor generib⁹ hoĩum ſe hũiliantium.
Secũdo de nouem gradib⁹ hũilitatꝭ. Ter
tio exemplũ. ¶ Quantũ ad p̃mũ ſcien- J
dum. ꝙ ſicut ſupbia oĩb⁹ tpib⁹ eſt timẽda
⁊ vitanda. ſic hũilitas ẽ neceſſaria. Greg⁹
Quicquid agit' perditur ſi ꝑ hũilitatẽ nõ
cuſtoditur. q2 ipſa eſt clauſoriũ ⁊ reſerua-
toriũ oĩum ꝟtutum ⁊ meritoꝝ. Idẽ. Qui
cęteras ꝟtutes ſine hũilitate congregat.
quaſi puluerẽ in ventũ portat. Aug⁹. Hu-
militas eſt regina virtutũ. mors vitioꝝ. ſpe
culum virginũ. hoſpitiũ ſanctę trinitatis.
Item ſciendũ ꝙ ſunt quattuor genera ho-
minũ qui exaltant'. Quidam enĩ hic ⁊ ĩ fu
turo exaltant'. Pſ. Exaltaui electum de
plebe mea. Verbi grã. Sic Dauid Moy-
ſes Abraaȝ. ſanctus Henricus impator.
ſanctus Oſualdus impator. Ludouicus
rex francoꝝ. ſimilit' ſanct⁹ Gregori⁹ papa
ſanctus Auguſtin⁹. ſanct⁹ Ambroſi⁹. ſan-
ctus Hieronym⁹. ⁊ ſic de alijs. Iſti hic in
p̃ſenti ⁊ in futuro exaltati ſũt. Sic adhuc
boni pręlati quos deus vocat q̃ ſubditos
ſuos bene regunt. ſicut hic ĩ p̃ſenti ſup ali-
os hoĩes exaltati ſunt. ſic ⁊ in futuro exal-
tabuntur. Unde Greg⁹. in omel. Illi de-
um p̃ cęteris videre ſublime merent'. q̃ fide
libus gregibus p̃eſſe ſollicite ſciũt. Vñ eti
am apl's. Qui bñ p̃ſunt p̃ſbyteri duplici
honore digni habent'. Vñ etiam in decre.
Pręlati deo ſeruiũt bñ viuendo. ⁊ ſubdi
tos bñ regendo. xxiij. q. iiij. Si eccl'ia. Itẽ
quidam hic ⁊ in futuro humiliant'. vt ma
li paupes qui ſunt elatę menti. Vñ Bern.